

nire credebant. Hæc Beda. Et Chrysost. præcisè : Et hoc, inquit, verum est, quod quisque angulum habeat. Sic ille.

VERS. 17. — ET EGRESSUS ABIT IN ALIUM LOCUM. Primò quidem in alium locum seu ejusdem urbis, seu urbi vicinum, ut Ecclesiæ novellæ statum constitueret; ita tamen, ut eodem hoc anno decimo post passionem Christi Romam perveniret, ut necessario sequitur ex eo quòd Euseb., Hieron. et alii dicunt eum anno secundo Claudii Romam venisse, ibique viginti quinque annis episcopatum tenuisse. Quomodò autem hoc consistat cum eo quod infra, cap. 15, præfuit concilio Jerosolymitano, celebrato ut creditur annis octo ab hoc tempore, dicemus ibi. Subdit Lucas

VERS. 19. — HERODES ACTEM CUM REQUISISSET, ET NON INVENISSET, INQUISITIONE FACTA DE CUSTODIBUS, JESSIT EOS DUCL. Chrysost. : Dolebat Herodes delusum se esse, sicut avum suum à Magis, et idèd examinatos custodes jussit abduci. Adèd insensatus est, ut etiam injustè punire attentet. Hæc Chrysostomus.

VERS. 20. — ERAT AUTEM IRATUS TYRIIS, ET SIDONIIS. Nempe discedens ex Jeddâ, in quâ taliter illusus, sine opprobrio degere se non posse credebat, abiit Casaream. Quare autem iratus esset Tyriis et Sidoniis, Baronius non improbabiler inde causam deducit, quòd intellexisset Petrum Ecclesiis ubique constitutum etiam ibi fuisse. Certè alia causa vix fingi posse videtur quare illi post liberationem Petri statim subjungatur. — POSTULABANT PACEM, EÒ QUOD ALERENTUR REGIONES ILLORUM AD ILLO. Chrysost. : Hoc faciunt, inquit, quoniam famas erat. Et Beda : Necessariam

VERS. 17. — Annuens ut facerent, ne scilicet strepitu confuso vocum narrationem rei geste impedirent.

Nauticæ Jacobo, minori; nam major jam erat occisus, ut dicitur hujus capituli v. 10.

VERS. 18. — Facti autem, etc., in quâ ordinatum erat occidi Petrum. Erat non parva, etc., quia timebant negligentie eorum imputari, et per consequens puniri, sicut et factum est. (Lyranus.)

VERS. 19. — Jussit eos duci ad extremum supplicium. Boni auctores Latini duci, sine alio addito, dicunt pro trahi ad mortem.

In Casaream, Palæstinæ, quæ prius dicebatur Turris Stationis.

VERS. 20. — Erat autem iratus, etc., pugnacem, et infensum gerens animum; bellum animo agitans.

Perussio Blasto, conciliatio Blasto, datis fortissè muneribus.

CAPUT XIII.

1. Erant autem in Ecclesiâ, quæ erat Antiochiæ, prophete et doctores, in quibus Barnabas et Simon qui vocabatur Niger, et Lucius Cyrenensis, et Manahen, qui erat Herodis tetrarchæ collectaneus, et Saulus.

2. Ministrantibus autem illis Domino, et jejnantibus, dixit illis Spiritus sanctus : Segregate mihi Saulum et Barnabam, in opus ad quod assumpsi eos.

3. Tunc jejnantes, et orantes, imponentesque eis manus, dimiserunt illos.

4. Et ipsi quidem missi à Spiritu sancto, abierunt Seleuciam, et inde navigaverunt Cyprum.

enim habebant vicini regis amicitiam, eò quòd illorum regio valde angusta, et Galiliæ, Damasique pressa esset finibus. Hæc Beda.

VERS. 21. — SEDIT PRO TRIBUNALI, ET CONCIATIONE AD EOS. Scilicet Tyrios, quasi solemnè oratione justas iras suas causas exaggeraturus, ut deinde majori laude clementiæ eos videretur recipere in gratiam. Hinc scilicet Tyriorum adulatoria quæ sequitur, acclamatio, ut dicerent :

VERS. 22. — DEI VOCES ET NON HOMINIS. Quòd si tantùm dixissent, Dei voces, poterat tolerari. Nam Hebraei (etiam Aug. teste in Quæst. sup. Num.) omne excellens vocant Dei; sic montes Dei, cedros Dei dicunt; peccant verò in hoc quòd addunt et non hominis. Per id enim aut faciunt Herodem deum, ut intellexit etiam Josephus, 19 Antiq., c. 7, vel saltem vocem Dei et vocem ipsius adæquant. Quòd posterius magis consentaneum est textui. Non enim dicit : Deus et non homo, sed : Voces Dei et non hominis.

VERS. 23. — CONFESTIM AUTEM PERCESSIT EUM ANGELUS DOMINI. Beda, hoc modo : Dum impietatem, inquit, illicitæ adulationis non horroret, respiciens paulò post, imminet atque insistentem capiti suo videt angelum, eumque sensit continuo exili sui ministrum. Ita Beda. Josephus dicit eum quinto demùm die expirasse à verbibus consumptum. Quòd supplicii genus fœdum, sed ad destruendam superbiam inprimis accommodum; et sicut Scriptura hic Herodem perperam scribit, sic et Antiochum superbum, Epiphannem dictum, morbo eodem interisse lib. 2 Machab., cap. 9, commemorat

Qui erat super cubiculum regis, præfectus regii cubiculi.

VERS. 21. — Statuto autem die. Erat dies secundus ludorum pro Caesaris salute, ut ait Josephus, lib. 19 Antiq., cap. 8.

Vestitus veste regiâ, purpurâ, sceptro, coronâ insigneis.

VERS. 23. — Eò quòd non dedisset honorem Deo, sed qui illius arrogasset, consentiendo insane illi adulationi.

VERS. 24. — Verbum Domini, etc. Evangelii prædicatione crescebat, et multiplicabatur Ecclesiâ.

VERS. 23. — Reversi sunt ab Jerosolymis, scilicet Antiochiam, undè missi fuerant, ut eleemosynam deferrent Jerosolymitis pauperibus fame laborantibus, supra, c. 11, 28.

Expleto ministerio, ad quod fuerant destinati, deferendarum eleemosynarum.

CAPITRE XIII.

1. Il y avait alors dans l'Eglise d'Antioche des prophètes et des docteurs, entre lesquels étaient Barnabé, Simon qu'on appelle le Noir, Lucius de Cyrène, Manahen, frère de lait d'Hérode le Tétrarque, et Saul.

2. Or, pendant qu'ils rendaient leur culte au Seigneur, et qu'ils jeûnaient, le Saint-Esprit leur dit : Séparez-moi Saul et Barnabé, pour l'œuvre à laquelle je les ai destinés.

3. Alors, après avoir jeûné et prié, ils leur imposèrent les mains, et les laissèrent aller.

4. Et étant ainsi envoyés par le Saint-Esprit, ils allèrent à Séleucie, et de là ils s'embarquèrent pour passer en Chypre.

5. Et cum venissent Salaminam, prædicabant verbum Dei in synagoga Judæorum. Habebant autem et Joannem in ministerio.

6. Et cum perambulassent universam insulam usque Paphum, invenerunt quendam virum magum pseudopphetam, Judæum, cui nomen erat Bar-Jesù.

7. Qui erat cum proconsole Sergio Paulo viro prudente. Ille, accessit Barnabæ et Saulo, desiderabat audire verbum Dei.

8. Resistebat autem illis Elymas magus (sic enim interpretatur nomen ejus), querens avertere proconsulem à fide.

9. Saulus autem, qui et Paulus, repletus Spiritu sancto, intuens in eum,

10. Dixit : O plene omni dolo et omni fallaciâ, fili diaboli, inimice omnis justitiæ, non desinis subvertere vias Domini rectas.

11. Et nunc ecce manus Domini super te, et eris cæcus, non videntem solem usque ad tempus. Et confestim cecidit in eum caligo, et tenebre, et circueius querebat qui ei manum daret.

12. Tunc proconsul cum vidisset factum, credidit, admirans super doctrinâ Domini.

13. Et cum à Papho navigassent Paulus et qui cum eo erant, venerunt Pergæ Pamphylis. Joannes autem discedens ab eis, reversus est Jerosolymam.

14. Illi vero pertransentes Pergæ, venerunt Antiochiam Pisiadiæ; et ingressi synagogam die sabbatorum, sederunt.

15. Post lectionem autem legis et prophetarum, miserunt principes synagogæ ad eos, dicentes : Viri fratres, si quis est in vobis sermo exhortationis ad plebem, dicite.

16. Surgens autem Paulus, et manu silentium indicens, ait : Viri Israelite, et qui timetis Deum, audite.

17. Deus plebis Israel elegit patres nostros, et plebem exaltavit cum essent incolæ in terrâ Egypti, et in brachio excelso eduxit eos ex eâ.

18. Et per quadraginta annorum tempus mores eorum sustinuit in deserto.

19. Et destruens gentes septem in terrâ Chanaan, sorte distribuit eis terram eorum,

20. Quasi post quadringentos et quinquaginta annos; et post hæc dedit iudices usque ad Samuel prophetam.

21. Et exinde postulaverunt regem, et dedit illis Deus Saul filium Cis, virum de tribu Benjamin, annis quadraginta.

22. Et amoto illo, suscitavit illis David regem, cui testimonium perhibens dixit : Inveni David filium Jesse, virum secundum cor meum, qui faciet omnes voluntates meas.

23. Hujus Deus ex semine secundum promissionem eduxit Israel Salvatorem Jesum,

24. Predicante Joanne ante faciem adventis ejus baptismum penitentiæ omni populo Israel.

5. Lorsqu'ils furent arrivés à Salamine, ils prêchaient la parole de Dieu dans les synagogues des Juifs; et ils avaient avec eux Jean, pour les servir.

6. Ayant traversé l'île jusqu'à Paphos, ils trouvèrent un juif magicien et faux prophète, nommé Bar-Jésu,

7. Qui était avec le proconsul Serge Paul, homme très-prudent. Ce proconsul envoya quérir Barnabé et Saul, désirant entendre la parole de Dieu.

8. Mais Elymas, le magicien (car c'est ce que ce nom signifie), leur résistait, s'efforçant d'embrasser la foi.

9. Alors Saul, qui fut depuis appelé Paul, étant rempli du Saint-Esprit, et regardant fixement cet homme,

10. Lui dit : O homme plein de toute sorte de tromperie et de malice, enfant du diable, ennemi de toute justice, ne cesserez-vous jamais de pervertir les voies droits du Seigneur ?

11. Voilà la main du Seigneur qui est sur vous : vous allez devenir aveugle, et vous ne verrez point le soleil jusqu'à un certain temps. Aussitôt les ténèbres tombèrent sur lui; ses yeux s'obscurcirent; et tournant de tous côtés, il cherchait quelqu'un qui lui donnât la main.

12. Le proconsul voyant ce miracle, embrassa la foi; et il admira la doctrine du Seigneur.

13. Paul, et ceux qui étaient avec lui, s'étant embarqués à Paphos, vinrent à Pergé en Pamphylie; mais Jean les ayant quittés, s'en retourna à Jérusalem.

14. Et pour eux, étant partis de Pergé, ils vinrent à Antioche de Pisiadië; et étant entrés dans la synagogue le jour du sabbat, ils s'assirent.

15. Et après la lecture de la loi et des prophètes, les chefs de la synagogue leur envoyèrent dire : Nos frères, si vous avez quelque exhortation à faire au peuple, vous pouvez parler.

16. Aussitôt Paul se levant, fit signe de la main qu'on fit silence, et leur dit : O Israélites, et vous qui craignez Dieu, écoutez :

17. Le Dieu du peuple d'Israël a choisi nos pères, et il a élevé ce peuple pendant qu'ils demeurèrent en Egypte, d'où il les tira par la force de son bras.

18. Et pendant l'espace de quarante ans, il supporta leurs inœurs déréglées dans le désert.

19. Puis ayant détruit sept nations dans la terre de Chanaan, il la leur partagea au sort,

20. Environ quatre cent cinquante ans après. Il leur donna ensuite des juges jusqu'au prophète Samuel.

21. Alors ils demandèrent un roi, et Dieu leur donna Saul fils de Cis, de la tribu de Benjamin; et ainsi se passèrent quarante ans.

22. Puis l'ayant rejeté, il leur donna David pour roi, auquel il rendit ce témoignage : J'ai trouvé David fils de Jesse, homme selon mon cœur, qui accomplira toutes mes volontés.

23. C'est de sa race que Dieu, selon sa promesse, a suscité Jésus, le Sauveur d'Israël;

24. Jean, avant qu'il parût, ayant prêché à tout le peuple d'Israël le baptême de la pénitence

25. Cum impletur autem Joannes cursum suum, dicebat: Quem me arbitramini esse, non sum ego; sed ecce venit post me, cuius non sum dignus calcementa pedum solvere.

26. Viri fratres, filii generis Abraham, et qui in vobis timent Deum, vobis verbum salutis hujus missum est.

27. Qui enim habitabant Jerusalem, et principes ejus, hunc ignorantes, et voces prophetarum, que per omne sabbatum leguntur, judicantes impleverunt:

28. Et nullam causam mortis inventientes in eo, petierunt à Pilato, ut interficerent eum.

29. Cumque consummasset omnia que de eo scripta erant, deponentes eum de ligno, posuerunt eum in monumento.

30. Deus verò suscitavit eum à mortuis tertii die; qui visus est per dies multos his

31. Qui simul ascenderunt cum eo de Galilæa in Jerusalem, qui usque nunc sunt testes ejus ad plebem.

32. Et nos vobis annuntiamus eam, que ad patres nostros reprobissima facta est:

33. Quoniam hanc Deus adimplevit filiis nostris, resuscitans Jesum, sicut et in psalmo secundo scriptum est: Filius meus es tu: ego hodie genui te.

34. Quod autem suscitavit eum à mortuis amplius jam non reversurum in corruptionem, ita dixit: Quia dabo vobis sancta David filia.

35. Ideoque et alius dicit: Non dabis Sanctum tuum videre corruptionem.

36. David enim in sua generatione cum administrasset voluntati Dei, dormivit, et appositus est ad patres suos, et vidit corruptionem.

37. Quem verò Deus suscitavit à mortuis, non vidit corruptionem.

38. Notum igitur sit vobis, viri fratres, quia per hunc vobis remissio peccatorum annuntiat; et ab omnibus quibus non potuistis in lege Moysi justificari.

39. In hoc omnis qui credit, justificatur.

40. Videte ergo ne superveniat vobis quod dictum est in prophetis:

41. Videte, contemptores, et admiramini, et disperdimini, quia opus operor ego in diebus vestris, opus quod non credetis, si quis enarraverit vobis.

42. Exeuntibus autem illis, rogabant ut sequenti sabbato loquerentur sibi verba hæc.

43. Cumque dimissa esset synagoga, secuti sunt multi Judeorum, et colentium advenarum, Paulum et Barnabam; qui loquentes suadebant eis ut permanerent in gratia Dei.

44. Sequenti verò sabbato penè universa civitas convenit audire verbum Dei.

45. Venientes autem turbas Judæi, repleti sunt zelo, et contradicebant his que à Paulo dicebantur, blasphemantes.

46. Tunc constanter Paulus et Barnabas dixerunt: Vobis oportebat primum loqui verbum Dei: sed quoniam repelliis illud, et indignos vos judicatis æternæ vitæ, ecce convertimur ad gentes:

47. Sic enim præcepit nobis Dominus: Posui te in

25. Et lorsque Jean achevait sa course, il disait: Jene suis point celui que vous pensez; mais il en vient un autre après moi, dont je ne suis pas digne de délier les souliers.

26. C'est à vous, mes frères, qui êtes les enfants de la race d'Abraham, et à ceux d'entre vous qui craignent Dieu, que cette parole de salut a été envoyée.

27. Car les habitants de Jérusalem et leurs princes ne l'ayant point connu pour ce qu'il était, et n'ayant point entendu les paroles des prophètes, qui se lisent chaque jour de sabbat, ils les ont accomplis, en le condamnant:

28. Et quoiqu'ils ne trouvaient rien en lui qui fût digne de mort, ils demandèrent à Pilate qu'il le fit mourir.

29. Et lorsqu'ils eurent accompli tout ce qui avait été écrit de lui, on le descendit de la croix, et on le mit dans le tombeau.

30. Mais Dieu l'a ressuscité d'entre les morts le troisième jour; et il a été vu durant plusieurs jours par ceux

31. Qui étaient venus avec lui de Galilée à Jérusalem, qui lui rendent encore aujourd'hui témoignage devant le peuple.

32. Ainsi, nous vous annonçons l'accomplissement de la promesse qui a été faite à nos pères,

33. Dieu nous en ayant fait voir l'effet, à nous qui sommes leurs enfants, en ressuscitant Jésus, selon qu'il est écrit dans le second psalme: Vous êtes mon fils; je vous ai engendré aujourd'hui.

34. Et pour montrer qu'il l'a ressuscité d'entre les morts pour ne plus retourner dans la corruption du tombeau, il lui dit: J'accomplirai fidèlement les promesses que j'ai faites à David.

35. Et il dit encore dans un autre endroit: Vous ne permettrez pas que votre Saint éprouve la corruption du tombeau.

36. Car pour David; après avoir servi en son temps aux desseins de Dieu, il s'est endormi, et il a été avec ses pères, et il a éprouvé la corruption.

37. Mais celui que Dieu a ressuscité d'entre les morts, n'a point éprouvé la corruption.

38. Sachez donc, mes frères, que c'est par lui que la rémission des péchés vous est annoncée;

39. Et que quiconque croit en lui est justifié par lui de toutes les choses dont vous n'avez pu être justifiés par la loi de Moïse.

40. Prenez donc garde qu'il ne vous arrive ce qui est prédit par les prophètes.

41. Voyez, vous qui méprisez ma parole, soyez dans l'étonnement et dans la désolation; car je ferai une œuvre en vos jours, une œuvre que vous ne croirez pas, lors même qu'on vous l'annoncera.

42. Comme ils sortaient de la synagogue, on les pria de parler encore sur le même sujet le sabbat suivant.

43. Et quand l'assemblée fut séparée, plusieurs des Juifs et des prosélytes craignant Dieu, suivirent Paul et Barnabé, qui les exhortaient à persévérer dans la grâce de Dieu.

44. Le sabbat suivant, presque toute la ville s'assembla pour entendre la parole de Dieu.

45. Mais les Juifs voyant ce concours de peuple, furent remplis de colère; et ils s'opposaient avec des paroles de blasphème à ce que Paul disait.

46. Alors Paul et Barnabé leur dirent hardiment: Vous étiez les premiers à qui il fallait annoncer la parole de Dieu; mais puisque vous la rejetez, et que vous vous jugez vous-mêmes indignes de la vie éternelle, nous nous en allons présentement vers les gentils:

47. Car le Seigneur nous l'a ainsi commandé: Je

lucem gentium, ut sis in salutem usque ad extremum terræ.

48. Audientes autem gentes, gavise sunt; et gloriificabant verbum Domini: et crediderunt quotquot erant præordinati ad vitam æternam.

49. Disseminabatur autem verbum Domini per universam regionem.

50. Judæi autem concitaverunt mulieres religiosas, et honestas, et primos civitatis, et excitaverunt persecutionem in Paulum et Barnabam; et ejecerunt eos de finibus suis.

51. At illi, excusso pulvere pedum in eos, venerunt Iconium.

52. Discipuli quoque replebantur gaudio, et Spiritu sancto.

COMMENTARIA.

VERS. 1. — ERANT AUTEM IN ECCLESIA PROPHETE ET DOCTORES. Quid? numquid non lex et propheta usque ad Joannem? utique; sed propheta qui annuntiantur futurum Christi adventum, inquit Tertull. adversus Judæos, c. 8. Alioqui prophetas, qui alia futura vaticinantur etiam post Christum existisse, tum hic locus, tum Apostolus ad Ephes. 5 testatur, dicens de Christo: *Et ipse dedit quosdam quidem apostolos, alios verò prophetas, alios doctores, etc.* Sequitur: *ET MANAHAN, QUI ERAT HERODIS TETRARCHÆ COLLECTANEUS, ET SAULUS.* De hoc Oecumenius: *Ecce cujusque conversatio, et non prima à pueris educatio salvat. Vide enim Manahan cum quo fuerit educatus? qui tamen prophetia donum adeptus est. Hæc ille. Quod verò hic Saulus ultimo loco ponitur, id fit verisimiliter, quia postremo loco ad fidem est conversus.*

VERS. 2. — MINISTRANTIBUS AUTEM ILLIS DOMINO, ET JEJUNANTIBUS, DIXIT SPIRITUS SANCTUS. Græcè, pro ministrantibus, est *τετροπυβέτων*. Unde et Erasmus vertit, *sacrficantibus*, sicut Liturgia apud Græcos Patres passim non nisi pro missæ sacrificio accipitur. Indignè tulit hanc versionem Erasmi Beza, et ceteri deinde ejus sectæ assecræ, agnoscentes quidem *τετροπυβέτων*, idem esse, quod publico ministerio fungentibus, sed predicationis hoc ministerium dicunt, non sacrificii. Sed graviter allucinantur. In Græco enim æquè atque in Latino additur *Domino*, scilicet *ministrantibus Domino*. Jam verò nemo sanè mentis dicit verbum predicationis Domino ministrari, sed à Domino hominibus. Sequitur: *SEGREGATE MIHI SAULUM ET BARNABAM IN OPUS AD QUOD ASSUMPSI EOS.* Loquitur Spiritus sanctus cum imperio (ut rectè notavit Didymus, 1.2 de Spiritu sancto), quatenus intelligamus Spiritum sanctum cum aliis

VERS. 1. — *Antiochia*, Syria, quò diximus reversos Saulum et Barnabam.

Doctores, qui sacras Scripturas interpretabantur, et fideles docebant credenda et facienda.

Lucius Cyrenensis, qui Cyrenes fuit episcopus ex Romano Martyrologio, die sextæ maii.

Manahan, de quo Martyrol. Rom., 24 maii.

Herodis Tetrarchæ, Herodis Antipæ, qui Christum induit veste albâ, et irrisit, et Joannem Baptistam occidit.

vous ai établi pour être la lumière des gentils, afin que vous soyez leur salut jusqu'aux extrémités de la terre.

48. Or, les gentils entendant ceci, se réjouirent; et ils glorifiaient la parole du Seigneur, et tous ceux qui avaient été prédestinés à la vie éternelle, embrasèrent la foi.

49. Ainsi la parole du Seigneur se répandait dans tout le pays.

50. Mais les Juifs ayant animé des femmes dévotes et de qualité, et les principaux de la ville, excitèrent une persécution contre Paul et Barnabé, et les chassèrent de leur pays.

51. Alors Paul et Barnabé, secouèrent contre eux la poussière de leurs pieds, et vinrent à Icone.

52. Cependant les disciples étaient remplis de joie et du Saint-Esprit.

sanctæ Trinitatis personis paris esse auctoritatis. Præponit autem Saulum tanquam vas electionis præ Barnabâ, cum supra, v. 1, postpositus sit, ut intelligamus alium esse ordinem apud Deum, alium in Ecclesiâ; ille enim meritorium est, et præstantie, hic sæpenumerò temporis, et pacis vel alterius considerationis causâ constitutus. Quid est autem, in opus ad quod assumpsi eos? pergit Lucas dicere:

VERS. 3. — TUNC JEJUNANTES ET ORANTES, IMPONENTESQUE EIS MANUS. Leo, epist. 81, docet ex hoc loco, non solum ex apostolici traditione, sed ex ipsâ etiam Scripturâ sacrâ ordinationes fieri debere jejuniis tempore. Sic habet: Præter auctoritatem, inquit, consuetudinis, quam ex apostolica novimus venisse doctrinâ, etiam sacra Scriptura manifestat, quòd, cum apostoli Paulum et Barnabam ex præcepto Spiritus sancti ad Evangelium gentibus mitterent predicandum, jejunantes et orantes imposuerunt eis manus, ut intelligamus quantâ et dantiam et accipientium devotione curandum sit, ne tantæ benedictionis Sacramentum negligenter videatur impletum. Hæc Leo, apertè ordinationem sacerdotalem et episcopalem Sacramentum appellans.

VERS. 4. — ABIERUNT SELEUCIAM, ET INDE NAVIGAVERUNT CYPRUM. Seleuciam scilicet, tanquam sibi ad perveniendum in Cyprum opportunam. Seleucia enim est civitas Syriæ Antiochenæ, que, 1 Machab. 11, dicitur maritima, aliis Seleucia Cælesyriæ, estque Cypro opposita, propter quod et sequitur, et inde navigaverunt in Cyprum, Salaminam scilicet, que est ad orientem insulæ; nam illic brevissimus tractus est, ita ut hæc vice non videntur Seleucia hæsisse.

VERS. 6. ET CUM PERAMBULASSENT CYPRUM INSULAM USQUE PAPHUM, INVENERUNT MAGUM, CUI NOMEN

VERS. 5. — *Salaminam*, que postea à Constantio imperatore dicta est Constantia, et nunc appellatur Famagosta.

Habebant Joannem, cognomento Marcum, de quo cap. 13, 25.

In ministerio, quasi dicit: Joannes Marcus ministrabat Saulo, et Barnabæ, præsertim in curâ rerum temporalium, eosque adjuvabat, ut facilius, et plenius evangelizarent.

VERS. 6. — *Usque Paphum*. Cyprî urbem, celeberrimam.

ERAT BARIEST. Beda legit, dempta littera s, *Barieu*, ita dicens: Corrupte legitur *Barieu*, cum *Barieu*, id est, maleficus, sive in malo, legi debeat. Credo quia nomen *Jesu* (salvatoris) isdem litteris, sed nota superscripta legitur. Ita Beda. Biblia tamen Sixtina legitur commune cum nomine Salvatoris, *Bariesu*. Francisc. Lucas in suis notis prolixissime de hac veritate disputat, et tandem sic ait: *Bariesu* (cum s) ut in Graecis omnibus, ita et in Latinis libris manuscriptorum fide dignissimis invenio. Hentenus etiam castigator, textu hoc donavit, expulso *Barieu*. Nequa vero absurdum videri debeat, magum Jesu filium dictum fuisse; erat enim Jesu vulgare tunc multorum nomen. Hæc ille. Sed quid est, quod dicitur, magus? Multi interpretantur, id est, maleficus. Sed cum adhaserit proconsuli Sergio Paulo viro prudenti, fuisse id proconsuli dedecori. Itaque alii rectius intelligunt, ut videtur, astrologum, et astrologicis hætenus predictionibus apud Judæos prophetam habitum, nunc à proconsule familiariter tum juxta illud Apostoli: *Judæi signa petunt, Græci autem sapientiam quærent*. Astrologia non minima pars apud gentiles.

VERS. 9. — SAULUS AUTEM, QUI ET PAULUS. Origenes in præfat. epist. ad Rom., scribit quod à puero haberet utrumque nomen. Sed improbabilius, quia cum Apostolus hucusque à Lucâ tantum fuerit vocatus Saulus, et deinceps non nisi Paulus, alia querenda est ratio. De quo Hieron., in epist. ad Philemonem: Diligenter, inquit, attende, quod Saulus Pauli nomen demùm hinc acceperit, occasione rei hic gesta, à converso nimirum Sergio Paulo viro tam eminente. Hæc Hieron. Et Aug., 8 Conf., c. 4: Ipse minimus apostolorum, cum Paulus proconsul per ejus militiam, dehællat superbiâ, sub levi jugo Christi missus esset, ipse quoque ex priori Saulo, Paulus vocari amavit, ob tam magnæ insigne victoriæ. Ita August., carminibus poetarum.

Magum pseudoprophetaum, qui cum esset magus, so ut prophetam veniebat.

VERS. 7. — *Cum proconsule*, magistratu Romano, qui consulari potestate provinciam gubernabat.

VERS. 8. — *Elymas magus*. Elymas videtur esse barbarum nomen, ac fortasse Cyprium antiquum, significans magum.

VERS. 9. — *Repletus Spiritu sancto*. Novum sensit hic Paulus Spiritus sancti ardorem, et instinctum ad patrandum miraculum, quod narratur.

Intens in eum, iracundis et ardentibus oculis.

VERS. 11. — *Subvertere vias Domini*, oppugnare Evangelium, quod est via Domini, quæ recta non dicit ad salutem.

VERS. 10. — *Et nunc, itaque nunc*, ut habet Syrus. *Manus Domini*, ultrix poenitio, vindicta.

Ugus ad tempus. Temporarum, non perpetuum cæcitate illi infixit Paulus, ut respiceret.

Caligo, quæ instat nubis, vaporis, vel nebule oculos ejus velaret, eique vim cernendi adimeret.

VERS. 13. — *Joannes autem*, cognomento Marcus.

Reversus est Jerusalem, ex pusillanimitate aliqua, nolens tunc itinera conficere, et tanta subire pericula, ait S. Chrysost. et Baron. Aliqui putant affectu matris degenit Jerusalem.

VERS. 14. — *Die sabbatorum*, uno die è sabbatis. *Sederunt*, ut auditores, captantes hæc modesti

postremis illis verbis (vocari amavit) insinuas Saulum non sibi arrogasse, aut superbi usurpasse nomen Pauli, à Christianis tamen delatum liberè admisisse, nempe ut ad quamvis appellationem Pauli, victorie jam dicte ad Dei laudem semper apud Christianos renovaretur memoria.

VERS. 10. — O PLENE OMNI DOLO, ET OMNI FALLACIA, FILII DIABOLI. Didymus 3 de Spiritu sancto: Implebat enim, inquit, diabolus principale ejus fraude et omni malitiâ, in tantum ut ipse Satanas impleta animam ejus, et in eo habitare putaretur. Hæc Didymus. Egit tamen cum eo Paulus pro mansuetudine christianâ, dicens: *Et eris cæcus, non videns solem usque ad tempus*. De quo Oecumen. Neque enim punientis verba hæc erant, sed convertere nitentis. Nam si punientis fuissent, fecisset eum semper esse cæcum; nunc autem hoc non facit, sed usque ad tempus. Sic ille.

VERS. 12. — TUNC PROCONSUL CUM VIDISSET FACTUM, CREDIDIT ADMIRANS SUPER DOCTRINA DOMINI. Scilicet expendens ejus doctrinam excellentiam, moderationem, soliditatem, gravitatem præ doctrinis sibi hætenus auditis, quas doctrinas audivisse tamen ad hæc admirationem proderat. De quo sic Basil., homil. 24: Si nostrorum sermonum ac gentium illa est convenientia, vobis illorum valde conferet notitia; sibi minoris, eos saltem simul conferendo, differentiam discere licebit, cum ad meliorem optionem ac delectum non parum comparatio faciat. Ita Basil.

VERS. 14. — VENERUNT ANTIOCHIAM PRISIDE. Beda: Dux, inquit, Antiochiæ civitates sunt, una in Syria Cœle, à Seleuco rege condita, quæ Rebla vocatur, in qua primum cognominati sunt discipuli Christiani; altera autem hæc Antiochia Prisiide. Ita Beda.

VERS. 19. — SORTE DISTRIBUIT EIS TERRAM EDEM.

VERS. 20. — QUASI POST QUADRINGENTOS ET QUINGENTOS ANNOS. Idem Boda: Dixerat Deus ad Abraham: *Quia in Isaac vocabitur tibi semen*. Et iterum: *Quia erit semen ejus incolæ in terrâ alienâ annis quadringentis*. Ab exortu ergo seminis usque ad exitum Israel ex Ægypto, fuerunt anni quadringenti quinque. His adde annos quadringenta in deserto, et quinque in terrâ Chanaan, antequam sors fuit missa, et invenientes 450 annos. Hæc Boda.

VERS. 21. — ET DEDIT ILLIS SAUL FILIUM CIS, ANNIS QUADRAGINTA. Queritur, quomodo quadraginta annis? cum 1 Reg. 15, dicatur quod regnavit duobus annis? Resp. Hier., de Tradit. Hebr. in 1 Reg. quod in textu præcedat: *Filius unius anni erat Saül*, quod non aliter intelligi potest, quam quod erat innocens instar parvi. Itaque et quod subjungitur: *Et regnavit duobus annis*, conformiter debere intelligi, scilicet in illâ innocentia. Nam pluribus annis in superbiâ eum regnasse in Scripturâ manifestissimum est. Sed rursum queritur, an in universum annis quadraginta, ut hic dicitur. Respondet Boda: Scilicet, inquit, inventimus Samuel et Saül simul annis quadraginta præfuisse. Ita ille. Et Severus Sulpit. Hist. sacr. lib. 1., de Saule agens: De ætate imperii ejus parum certa comperimus, nisi quod in Actibus apostolorum quadraginta annos regnasse dicitur est. Quamquam ego arbitror, tum à Paulo, eujus illa prædicatio refertur, etiam Samuelis annos sub

VERS. 15. — *Post lectionem legis et prophetarum*, lectione enim peractâ aliquis vel è synagoga, vel advena sermonem habebat ad simul collectos, ut etiamnum sit in ecclesiis post lectionem Epistolæ et Evangelii.

Miserant ad eos, etc., honoris causâ illos invitantes ad exhibendum exhortatorium sermonem.

Si quis est in vobis sermo exhortationis, id est, si habet sermone et exhortari.

Non silentium indicens, hoc enim ego olim verba facturi silentium indicent.

Et qui timetis Deum; spectare hoc videtur ad gentiles proselytos, et alios qui studio religionis conveniebant ad sermones audiendos in synagogis.

Plebs Israel, Israelitici populi.

Elegit patres nostros, ex omnibus gentibus, ut esset populus et Ecclesia Dei.

Plebem exaltavit, per Moysen, multis patris mirabilibus inelytam faciens gentem illam quam Danamus tam insignibus prodigiis ostenderat se fieri.

Brachio excelso, maximo robore et potentia.

Mors eorum sustinuit, incoeditis, rades, duros, rebelles, erat enim populus duræ cervicis.

VERS. 18. — *Mors eorum sustinuit*, incoeditis, rades, duros, rebelles, erat enim populus duræ cervicis.

VERS. 19. — *Centes septem*, quæ numerantur Deut. 7, 1.

regis istius ætate numeratos. Sic et ille. Cujus sententiæ illud videtur potissimum fundamentum, quod sicut Sempel dactatum sum Saül veluti cessit, ita et passus sit annos sui duceat regno Saulis annumerari.

VERS. 22. — *INVENI DAVID, QUI FACIET OMNES VOLUNTATES MEAS*. Pervenit quidem gravissimè in adulterio, item in homicidio, et numeratione populi, sed condigne poenituit. Et est celebris illa August. sententia, 1 Retract., 15: Mandata etiam facta deputantur, quando quiquid non fit ignoscitur. Sic August.

VERS. 23. — *QUONIAM HANC DEUS ADMIPLECI FILIIS NOSTRIS*. Græcè et Syr. est, *vobis eorum filius*; unde constat rectè substitutum esse in Bibliis Sixtinis, *nostris*, pro eo quod pridem corruptè legebatur, *vestris*.

VERS. 24. — *QUI DABO VOBIS SANCTA DAVID FIDELIA*. Allegatur hæc verba ex edit. Septuaginta, Isaie 55, quorum loco nos habemus: *Misericordias David fidelis*; ubi per David significatur Christus ex semine David, per sancta designatur resurrectio Christi, quia Spiritu sancto, sanctificationis autore, facta est; denique sancta hæc vocatur *fidelia*, quia stabilia et nunquam defectura; quo etiam sensu Christus Hebr. 2. dicitur Pontifex fidelis, quia perpetuus. Quæ smela in nostrâ editione nihilominus dicuntur *misericordias*, quia sicut mors humane nature est justa poena, ita resurrectio meriti censetur misericordia.

Terram eorum, populorum, gentium illarum.

VERS. 25. — *Edavit Israel*, suscitavit Israel Salvatorem Jesum. Græcè enim est dicitur, *ed lepro*.

Secundum promissionem, patriarchis factam, et ipsi met David, 2 Reg. 7, 13; Psal. 88, 4, 56, et alibi.

VERS. 24. — *Predicante Joanne*, *προφητῆς*; id est, cum ante prædicasset, cum ante processisset ut præco.

Baptismum poenitentia, id est, baptismum qui erat symbolum et incitamentum poenitentia, ad remissionem peccatorum, et justitiam baptismi Christi recipiendum.

VERS. 25. — *Cum impo eversum suam*, vita scilicet et ministerio suo, quod erat Christo dare testimonium, eumque Israeli ostendere, ac corda hominum ad eum recipiendum preparare.

Quem me arbitrari esse? quasi dicat, vos me putatis esse Messiam, fallimini, non sum ego Christus, sed ecce Christus post me illic veniet, cui ego non sum dignus calcemina solvere.

VERS. 26. — *Vobis verbum salutis hujus missum est*. Syrus: *Vobis ille missus est, verbum vite*, id est, Christus vite auctor missus est ad vestram salutem.

VERS. 27. — *Hæc ignorantes*, etiam Petrus, supra, c. 5, 17, ignorantiam Judæorum Christum occidentium excusavit. Vide ibi dicta.

Judicantes, id est, Christum ad crucem condemnantes.

Impleverunt, scilicet, voces prophetarum, qui mortem Christi prædixerunt.

VERS. 28. — *Et nullam causam*, etc. Sicut patet in Evangelio et Pilati testimonio. *Peterunt à Pilato*, etc. Per milites ipsius, et licet primo restiterit, tamen finaliter petitioni eorum acquievit, Judæorum favore et Cæsaris timore. (Lycanus.)

VERS. 29. — *Consummasset omnia*, fecissent omnia. *Deponentes*, scilicet viri quidam pi.

VERS. 30. — *Deus suscitavit à mortuis*, id est, surrexit à mortuis vi suæ divinitatis.

VERS. 31. — *Qui visus est per dies multos*, scilicet, per quadraginta, et si non per singulos. Vide supra, cap. 1, v. 5.

regis istius ætate numeratos. Sic et ille. Cujus sententiæ illud videtur potissimum fundamentum, quod sicut Sempel dactatum sum Saül veluti cessit, ita et passus sit annos sui duceat regno Saulis annumerari.

VERS. 22. — *INVENI DAVID, QUI FACIET OMNES VOLUNTATES MEAS*. Pervenit quidem gravissimè in adulterio, item in homicidio, et numeratione populi, sed condigne poenituit. Et est celebris illa August. sententia, 1 Retract., 15: Mandata etiam facta deputantur, quando quiquid non fit ignoscitur. Sic August.

VERS. 23. — *QUONIAM HANC DEUS ADMIPLECI FILIIS NOSTRIS*. Græcè et Syr. est, *vobis eorum filius*; unde constat rectè substitutum esse in Bibliis Sixtinis, *nostris*, pro eo quod pridem corruptè legebatur, *vestris*.

VERS. 24. — *QUI DABO VOBIS SANCTA DAVID FIDELIA*. Allegatur hæc verba ex edit. Septuaginta, Isaie 55, quorum loco nos habemus: *Misericordias David fidelis*; ubi per David significatur Christus ex semine David, per sancta designatur resurrectio Christi, quia Spiritu sancto, sanctificationis autore, facta est; denique sancta hæc vocatur *fidelia*, quia stabilia et nunquam defectura; quo etiam sensu Christus Hebr. 2. dicitur Pontifex fidelis, quia perpetuus. Quæ smela in nostrâ editione nihilominus dicuntur *misericordias*, quia sicut mors humane nature est justa poena, ita resurrectio meriti censetur misericordia.

Terram eorum, populorum, gentium illarum.

VERS. 25. — *Edavit Israel*, suscitavit Israel Salvatorem Jesum. Græcè enim est dicitur, *ed lepro*.

Secundum promissionem, patriarchis factam, et ipsi met David, 2 Reg. 7, 13; Psal. 88, 4, 56, et alibi.

VERS. 24. — *Predicante Joanne*, *προφητῆς*; id est, cum ante prædicasset, cum ante processisset ut præco.

Baptismum poenitentia, id est, baptismum qui erat symbolum et incitamentum poenitentia, ad remissionem peccatorum, et justitiam baptismi Christi recipiendum.

VERS. 25. — *Cum impo eversum suam*, vita scilicet et ministerio suo, quod erat Christo dare testimonium, eumque Israeli ostendere, ac corda hominum ad eum recipiendum preparare.

Quem me arbitrari esse? quasi dicat, vos me putatis esse Messiam, fallimini, non sum ego Christus, sed ecce Christus post me illic veniet, cui ego non sum dignus calcemina solvere.

VERS. 26. — *Vobis verbum salutis hujus missum est*. Syrus: *Vobis ille missus est, verbum vite*, id est, Christus vite auctor missus est ad vestram salutem.

VERS. 27. — *Hæc ignorantes*, etiam Petrus, supra, c. 5, 17, ignorantiam Judæorum Christum occidentium excusavit. Vide ibi dicta.

Judicantes, id est, Christum ad crucem condemnantes.

Impleverunt, scilicet, voces prophetarum, qui mortem Christi prædixerunt.

VERS. 28. — *Et nullam causam*, etc. Sicut patet in Evangelio et Pilati testimonio. *Peterunt à Pilato*, etc. Per milites ipsius, et licet primo restiterit, tamen finaliter petitioni eorum acquievit, Judæorum favore et Cæsaris timore. (Lycanus.)

VERS. 29. — *Consummasset omnia*, fecissent omnia. *Deponentes*, scilicet viri quidam pi.

VERS. 30. — *Deus suscitavit à mortuis*, id est, surrexit à mortuis vi suæ divinitatis.

VERS. 31. — *Qui visus est per dies multos*, scilicet, per quadraginta, et si non per singulos. Vide supra, cap. 1, v. 5.

Amplius jam non recessurum in corruptionem, id est, in mortem; nec enim hominis est corruptio. Christus enim semel mortuus est et resurrexit; amplius non moritur; alioqui nec in morte quam oblit corruptus, id est, putrefactus, nec in cineres redactus est.

Ita dixit, Deus in Scripturâ, per Isaiam, cap. 55, 5, juxta interpretationem septuaginta.

Dabo vobis sancta David fidelia; sensus est, sanctas promissiones Dei factas Davidi, faciam fidelis, id est, ratas, firmas et stabiles, quia præstabo quiquid pollicens sum de Christo ex semine ejus nascituro. Inter alia autem que de Christo et promissit est resurrectio, ut psalm. 13, v. 10: *Quoniam non derelinquitur animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem*, qui locus sequenti versiculo citatur. Vide supra, cap. 2, v. 31.

VERS. 35. — *Non dabis*, etc. Hoc intelligitur de corpore Christi sanctissimo, quod non fuit putrefactum, nec in cinerem, sed virtute divinâ celeriter resuscitatum. Et quod hæc scriptura non intelligitur de David, sed de Christo, consequenter ostendit dicens: (Lycanus.)

VERS. 36. — *David enim in sua generatione*. Colligit argumentum, cum in David non quærit incorruptibilitatis promissio locum habere, de Christo intelligendam. Eadem fuit ratiocinatio Petri supra, c. 2, 27 et seq.

In sua generatione, suâ ætate, suo seculo

VERS. 40. — QUOD DICTUM EST IN PROPHETIS. Plurilater dicitur, prophetis, quia, tametsi hic in medium tantum afferat verba prophetae Habacuc cap. 1, dicit tamen in prophetis, quia prophetae passim omnes hoc argumentum tractant, videlicet mysterium incarnationis et totius oeconomiae Christi. Caeterum, quod dicit,

VERS. 41. — QUIA OPUS OPEROR EGO IN DIEBUS VESTRIS, multi non malé putant alludi ad id quod in Canticum Habacuc dicitur: *Domine, opus tuum, in medio annorum vivifica illud*, quamvis alii etiam aliter illud interpretentur.

VERS. 45. — SECUTI SUNT MULTI JUDEORUM, ET COELENTIUM ADVENARUM, PAULEM ET BARNABAM. *Advenarum*, Graecè est *proslitorum*. Oecumenius: Religiosos, inquit, et in hoc loco, et in progressu vocat eos qui circa proprium cultum ferventes erant, ac majores praeter ceteris amatores. Siquidem tales etiam Christi fidem ante alios susceperunt; rursum etiam è diverso alii adversus discipulos magis insanientes. Ita Oecumenius. Sequitur: QUI LOQUENTES SEADEBANT EIS UT PERMANERENT IN GRATIA DEI. Quid? erantne igitur, auditio Pauli sermone, iustificati, prout Cornelius, auditio sermone Petri? Sed non auditio sermone Pauli commemoratur eccidisse Spiritus sanctus, sicut auditio sermone Petri. Itaque existimandum potius, eos

Administrasset, servisset, obedivisset. Dormiit, mortuus est.

Apposuit est ad patres nostros, reliquis majoribus suis defunctis aggregatus est.

Vidi corruptionem, passus est corporis dissolutionem, quae mortem sequitur.

VERS. 57. — *Quem Deus suscitavit*, scilicet, Christus. VERS. 58. — *Notum igitur sit vobis*, etc. Clausula est totius sermonis, quae colligitur Christo tanquam Redemptori et Salvatori adhaerendum.

Per hunc, Jesum Christum. Annuntiat, promittitur et exhibetur.

Et ab omnibus quibus non potuistis, etc. Nam veteris legis sacramenta et ceremonie vos salvare, et iustificare non poterant, sed solus Christus, ejusque fides, gratia, et sacramenta.

VERS. 39. — *In hoc*, per hunc, in hunc, scilicet, Christum.

Omnis qui credit, fide vivà, quae per charitatem operatur.

Justificatur, per gratiam et justitiam infusam, quam scilicet Deus animae ob merita Christi infundit.

VERS. 41. — *Videte, contemptores*. Paulus secutus Septuaginta legit *boedim*, id est, *praevicatoros, contemptores*, sed noster, *Aquila*, *Symmach*, *Theodotus*, et *Chalid*, legunt *hogim*, id est, *in gentibus*. Usurpat D. Paulus haec verba in sensu allegorico de reprobandone et execratione Iudeorum, et spirituali vassitate et ablatione Scripturae, et ejus intelligentiae, et sacerdotii, et juris ad regnum caeleste; et sensus est: *Aspicite, o contemptores eorum quae vobis predicantur, etc. Disperdantini*; quasi dicat: *Perite, exanimamini praedicatione, et metu. Vel evanescite, marcescite, hinc abite.*

Opus operor. Intelligit spiritualem cladem quam diximus.

Opus quod non creditis, opus adeo insolens et grave, ut omnem fidem vestram superet.

VERS. 42. — *Excusabitis*, è synagoga, ut est in Graeco.

VERS. 44. — *Pene minoris caritas*; nos enim erat ut excusaretur verbi Dei non excluderetur.

VERS. 45. — *Videntes turbas*, frequentiam et concursum auditorum solito majorem.

nondum fuisse iustificatos, cum Paulus propositis tantum fidei primis fundamentis, nihil adhuc dixerit de baptismo et penitentia baptismali. Quod ergo suadet permanere in gratia Dei, non est intelligendum de gratia justificante, sed de initio fidei quod acceperant, quod esse quoque donum Dei diligenter docet August. contra Pelag., initio, de Praedest. sanctorum et alibi.

VERS. 48. — ET CREDIDERUNT QUOTQUOT ERANT PRAEORDINATI AD VITAM AETERNAM. Id est, ad gratiam jam dictam quae habet ordinem ad vitam aeternam. Vel etiam praedeterminati, id est, praedispositi ad fidem suscipiendam, tum à Deo et gratia Dei, tum à se et libera sua dispositione, quae erat, sincero affectu et studio veritatis attendere praedicationi Pauli. Et sic opponitur vers. 46, ubi dicitur: *Sed quoniam repellit illud, et indignos vos judicatis*. Graecè est, *ordinati et dispositi*, velut milites in acie et ordine suo, ut scilicet tum ponerentur in ordine et via ad vitam aeternam. Simile est Joan. 17, v. 3, ubi cum dixisset Christus, ut *det eis vitam aeternam*, subiungit: *Hac est autem vita aeterna, ut cognoscant te, solum Deum verum, et quem misisti Jesum Christum.*

VERS. 50. — JUDEI AUTEM CONCITAVERUNT MULIERES RELIGIOSAS ET HONESTAS, ET PRIMOS CIVITATIS. — Ho-

zelo, invidia et indignatione.

Blasphemantes. Erat autem horum aut in apostolos blasphemiam, quasi essent seductores; aut in doctrinam eorum, ut falsam; aut in Christum, quasi non esset Messias.

VERS. 46. — *Vobis*, qui estis è populo Dei, et ad quos primum Christus missus est.

Indignos vos judicatis. Dum enim iudicatis sperandam esse Christi fidem, simul tacite iudicatis vos indignos vitæ aeternae. Illa enim nemo dignus est, nisi qui fidem Christi capessit.

Convertitur ad gentes, et illis Evangelium et Christum praedicamus.

VERS. 47. — *Præcepit*. Deum enim praedixit per Isaiam se decrevisse, et velle ut Christus sit lux et salus gentium, consequenter hoc ipso decrevit et voluit, praecipitque apostolis, quos Christi praedones destinavit, ut gentibus Christum praedicent, atque ita ejus lucem et salutem illis impertiant. Vel simpliciter significat Paulus, hoc sibi à Domino præceptum fuisse, ut scilicet iret, et praedicaret Evangelium omni creaturae.

Posui, ponam, praeteritum pro futuro, ut frequenter usurpare solent prophetae; ob certitudinem rei futurae, tanquam praeterite.

In lucem gentium, etc., ut veritatis evangelicæ lucem gentibus afferas, et salutarem doctrinam omnibus praedices.

VERS. 48. — *Gentes, gentiles*. *Gentibus sunt*, suo bono, non malo Iudeorum.

Verbum Domini, Evangelium.

VERS. 49. — *Disseminabatur autem verbum Domini*. Utitur autem tali modo loquendi; eo quod semen est verbum Dei, ut dicitur Luc. 8.

VERS. 51. — *Excussio pulvere pedum*, juxta id quod jussurat Dominus, Matth. 10, 14, ut faceret apostoli apud eos, qui Evangelium non admitterant.

Iconium, quæ est Lycaoniae urbs celebris ad Taurum montem.

VERS. 52. — *Replebantur gaudio*. Hoc enim Deus fidelibus aspirare solet in persecutionibus. Sic apostoli supra, cap. 5, 41: *Ibant gaudentes à conspectu concilii*

nestas, id est, honorabiles et nobiles; et per eas earum conjuges primos civitates. Vides, inquit Chrysostomus, quantum profecerint, qui adversabantur praedicationem diuinam habiti sunt pro nomine Jesu contumeliam pati.

CAPUT XIV

1. Factum est autem Iconii, ut simul introirent in synagoga Iudeorum, et loquerentur, ita ut crederet Iudeorum et Graecorum copiosa multitudo.

2. Qui verò increduli fuerunt Iudei, suscitaverunt, et ad iracundiam concitaverunt animas gentium adversus fratres.

3. Multo igitur tempore demorati sunt, fiducialiter agentes in Domino, testimonium perhibente verbo gratiae suae, dante signa et prodigia fieri per manus eorum.

4. Divisa est autem multitudo civitatis, et quidam erant cum Iudeis, quidam verò cum apostolis.

5. Cum autem factus esset impetus gentium et Iudeorum cum principibus suis, ut contumelias allicerent, et lapidarent eos.

6. Intelligentes, confugerunt ad civitates Lycaoniae, Lystram et Derben, et universam in circuitu regionem, et ibi evangelizantes erant.

7. Et quidam vir Lystris infirmus pedibus sedebat, claudus ex utero matris suae, qui nunquam ambulaverat.

8. Ille audivit Paulum loquentem; qui intuitus eum, et videns quia fidem haberet ut salvus fieret,

9. Dixit magna voce: Surge super pedes tuos rectus. Et exiit, et ambulabat.

10. Turbae autem cum vidissent quod fecerat Paulus, levaverunt vocem suam, Lycaonicè dicentes: Dii similes facti hominibus, descenderunt ad nos.

11. Et vocabant Barnabam, Jovem; Paulum verò, Mercurium, quoniam ipse erat dux verbi.

12. Sacerdos quoque Jovis, qui erat apud civitatem, tauros et coronas ante januas afferens, cum populis volebat sacrificare.

13. Quod ubi audierunt apostoli Barnabas et Paulus, conscissis tunicis suis, exilierunt in turbas, clamantes,

14. Et dicentes: Viri, quid hæc facitis? Et nos mortales sumus, similes vobis homines, annuntiantes vobis ab his vanis converti ad Deum vivum, qui fecit caelum et terram, et mare et omnia quae in eis sunt:

15. Qui in preteritis generationibus dimisit omnes gentes ingredi vias suas.

16. Et quidem non sine testimonio semetipsam reliquit, beneficiens de caelo, in pluvias et tempora fructifera, implens cibo et lætitia corda nostra.

17. Et hæc dicentes, vix sederunt turbas, ne sibi immolarent.

18. Supervenerunt autem quidam ab Antiochia et Iconia Iudæi: et persuasis turbis, lapidantesque Paulum, traxerunt extra civitatem, existimantes eum mortuum esse.

19. Circumdantibus autem eum discipulis, surgens

8. S. XXIII.

dicationi, et in quantum turpitudinem seipsos ducant. Hæc Chrysost.

Spiritus sancto, scilicet robore fidei, spea et charitatis, aliorumque donorum Spiritus sancti.

CHAPITRE XIV.

1. Lorsqu'ils furent à Icone, ils entrèrent ensemble dans la synagogue des Juifs, et ils y parlèrent de telle sorte, qu'une grande multitude de Juifs et de Grecs embrassa la foi.

2. Mais ceux des Juifs qui demeurèrent dans l'incrédulité, soulevèrent et irritèrent l'esprit des gentils contre les frères.

3. Ils demeurèrent donc longtemps en cette ville, travaillant avec assurance pour la gloire du Seigneur, qui rendait témoignage à la parole de sa grâce, en leur faisant faire des prodiges et des miracles.

4. Ainsi toute la ville fut partagée, les uns étant pour les Juifs et les autres pour les apôtres.

5. Mais comme les gentils et les Juifs s'étaient soulevés avec leurs principaux chefs, pour les outrager et les lapider,

6. Les apôtres l'ayant su, se réfugièrent à Lystré et à Derbe, villes de Lycaonie, et dans tout le pays d'alentour, où ils prêchèrent l'évangile.

7. Or, il y avait à Lystré un homme perclus de ses jambes, qui était boiteux dès le sein de sa mère, et qui n'avait jamais marché.

8. Cet homme entendit la prédication de Paul; et Paul arrêta ses yeux sur lui, et voyant qu'il avait la foi qu'il serait guéri,

9. Dit à haute voix: Levez-vous; tenez-vous droit sur vos pieds. Aussitôt il se leva en sautant, et commença à marcher.

10. Le peuple ayant vu ce que Paul venait de faire, se mit à crier en Lycaonie: Des dieux sont descendus vers nous en forme d'hommes.

11. Et ils appelaient Barnabé, Jupiter; et Paul, Mercure, parce que c'était lui qui portait la parole;

12. Et même le sacrificeur de Jupiter, qui était près de la ville, amena des taureaux, et apporta des couronnes devant la porte, voulant, aussi bien que le peuple, leur sacrifier.

13. Mais les apôtres Barnabé et Paul, ayant entendu ceci, déchirèrent leurs vêtements, et s'avançant au milieu de la foule, ils s'écrièrent:

14. Amis, que voulez-vous faire? Nous ne sommes que des hommes mortels comme vous, qui vous annonçons de quitter ces vaines idoles, pour vous convertir au Dieu vivant, qui a fait le ciel et la terre, la mer et tout ce qu'ils contiennent;

15. Lequel, dans les siècles passés, a laissé marcher toutes les nations dans leurs voies.

16. Sans néanmoins qu'il ait cessé de rendre témoignage de ce qu'il est, en faisant du bien aux hommes, en dispensant les pluies du ciel, et les saisons favorables pour les fruits, en nous donnant la nourriture avec abondance, et remplissant nos cœurs de joie.

17. Mais, quoi qu'ils pussent dire, ils eurent bien de la peine à empêcher que le peuple ne leur offrît des sacrifices.

18. Il survint alors quelques Juifs d'Antioche et d'Icone, qui gagnèrent le peuple; et ayant lapidé Paul, ils le traînèrent hors de la ville, croyant qu'il était mort.

19. Mais les disciples s'étant amassés autour de

(Quarant.)

intraivit civitatem, et postera die profectus est cum Barnabâ in Derben.

20. Cùmque evangelizassent civitati illi, et docuissent multos, reversi sunt Lystram, et Iconium et Antiochiam.

21. Confirmantes animas discipulorum, exhortantesque ut permanerent in fide; et quoniam per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.

22. Et cùm constituisset illis per singulas Ecclesias presbyteros, et orasset eum jejunantibus, commendaverunt eos Domino, in quem crederent.

23. Transientesque Pisidiam, venerunt in Pamphylia,

24. Et loquentes verbum Domini in Pergæ, descendunt in Attaliam.

25. Et inde navigaverunt Antiochiam, unde erant traditi gratiæ Dei in opus quod compleverunt.

26. Cùm autem venissent, et congregassent Ecclesiam, retulerunt quanta fecisset Deus cum illis, et quia aperuisset gentibus ostium fidei.

27. Morati sunt autem tempus non modicum cum discipulis.

VERS. 1. — FACTUM EST AUTEM ICONII, ITA UT CREDERET JUDEORUM ET GRÆCORUM COPIOSA MULTITUDO. Sp. h. hanc multitudinem creditur eminenter comprehensa B. Tecla, quam Ambrosius, 2 de Virginitatibus, affirmat a Doctore gentium institutam. Iconii autem id factum, intellige ex verbis Fausti Manichæi apud August., l. 2 contra eundem, c. 4, id ipsum commemorantis, qui in eo ab Augustino nullatenus falsitatis arguitur.

VERS. 6. — CONFUGERUNT AD CIVITATES LYCAONIE. De hoc Oecumenius. Notandum, inquit, non oportere nos in pericula conicere; sed, si opus sit, ad tempus fugere, cùm et Ecclesia duces hoc fecerint, volentes prædicationem postea commodè extendere. Sic ille.

VERS. 1. — SIMUL, PAULUS SCILICET ET BARNABAS. Loquerentur. Evangelizarent Christi fidem et legem.

Græcorum, gentium.

VERS. 2. — AD IRACUNDIAM CONCITAVERUNT, *ἐκείνη*, id est, malignitate impleverunt, fecerunt malos, malevolos, aversos, offensos, iracundos.

Animas gentium, gentium animos.

Adversus fratres, id est, Christianos, præsertim apostolos, quasi novatores essent, et turbatores republice inducentes novum Deum crucifixum, ejusque novam fidem, et religionem.

VERS. 3. — Nullo igitur tempore demorati, quia multi tam ex Judæis, quam ex gentilibus crederent, ut dictum est versiculo primo; hinc factum, ut dicitur huius Paulus et Barnabæ subsisterent.

Prodacitalliter agentes in Domino; liberè, et palam tum loquentes, tum quicquid aliud, quod è re christianæ esset, agentes.

Testimonium perhibente, scilicet, Domino juvante prædicationem Evangelii, crebris miraculis.

Verbo gratia sua. Ita appellat Evangelium, quia gratiam annuntiat et avertit, nimirum Dei amicitiam, salutem et vitam æternam.

VERS. 4. — DIVISA, *scissa*, schismate secta. Cum apostolis, pro apostolis, et cum apostolis.

VERS. 5. — UT CONTAMINATI OFFICERENT; *scilicet* respondet Italico nostro : Per far loro un affronto

lui, il se leva, et entra dans la ville; et le lendemain il s'en alla à Derbe avec Barnabé.

20. Et après avoir annoncé l'Évangile dans cette ville-là, et y avoir instruit plusieurs personnes, ils retournèrent à Lystré, à Icone et à Antioche.

21. Fortifiant le courage des disciples, les exhortant à persévérer dans la foi, et leur représentant que c'est par beaucoup de peines et d'afflictions que nous devons entrer dans le royaume de Dieu.

22. Ayant ensuite ordonné des prêtres en chaque Église, avec des prières et des jeûnes, ils les recommandèrent au Seigneur, auquel ils avaient cru;

23. Puis, traversant la Pisidie, ils vinrent en Pamphylie;

24. Et ayant annoncé à Pergé la parole de Seigneur, ils descendirent à Attalie.

25. De là ils firent voile pour Antioche, d'où on les avait envoyés, en les abandonnant à la grâce de Dieu, pour l'œuvre qu'ils avaient accomplie.

26. Y étant arrivés, et ayant assemblé l'Église, ils racontèrent combien Dieu avait fait de grandes choses avec eux, et comme il avait ouvert aux gentils la porte de la foi.

27. Et ils demeurèrent là assez long-temps avec les disciples.

COMMENTARIA.

VERS. 7. — ET QUIDAM VIRI LYSTRIS INTRINSECUS PEDERS, CLAUDUS EX UTERO MATRIS SUE. De hoc Chrysost.: Jam assumptus familiariter erat, quamvis in aliis contrarium factum fuerit. Prius enim, in aliis, curarunt corpora, et tunc animas. Ille autem non sic. Ita ille. Et Beda. Nempe, inquit, ille claudus sanatus à Petro, Judaico more pecuniam sperat, sed iste ex fide salutem querit. Hæc Beda.

VERS. 11. — PAULUM VERO MERCURIUM, QUONIAM IPSE ERAT DEX VERBI. Dixerunt, inquit August., 7 de Civit., c. 14, ipsum ossè Mercurium, quasi qui sit medius currens inter homines eò quod sermo comest, et quasi medius currat. Ita ille. Et habet hæc fabula

VERS. 6. — Intelligentes, apostoli, hanc Judæorum et gentium contra se conspirationem; re intellecta, re cogitata.

Lyconia. Est provincia in Asiâ Minore propè Phrygiam, à quâ montibus separatur.

VERS. 8. — Videns quia fidem habent. Nam ejus desideria vultus, oculi, gestus, attentio in audiendo, et satis prodellant, ait Beda: Spiritu enim prophæto potuisti nosse Paulus claudi fidem, et sanitatis desiderium.

VERS. 9. — Exsultavit. Illic se in pedes erexit, et saltavit, nam in Græco est *ἐκείνη*, nimirum ex lætitia adeptæ sanitatis, juxta oraculum Isai. 35, 46: Tunc saltet sicut cervus claudus.

VERS. 10. — Similes facti hominibus; id est, assumpti humanæ speciei.

VERS. 11. — Et vocabant Barnabam Jovem, quod statum esset procerior, utate fortassè grandior, et corporis speciei pulchrior.

VERS. 12. — Qui erat ante civitatem, qui Jupiter in suburbis suam habebat aram, et templum. Hunc esse sensum potest ex Græco.

Et coronas, quibus victimas coronare solebant; unde Ovid., 15 Metam.:

Victima laque carens, et præstantissima forma. Statur ut ante aras, vittis præsequit, et auro.

De hoc veterum ritu, vide plura apud Carolum Paschalem, de Coronâ, lib. 4, c. 16 et 17.

à re gestâ etiam suam originem. Nam refert Tertul., de Coronâ militis, c. 8, quod Mercurius primus litteras enarraverit, ob quam generi humano allatam utilitatem, vanitas gentium ipsum tandem fecit Deum. Ita Tertul.

VERS. 15. — BARNABAS ET PAULUS, CONSCISSIS TUNICIS SUIB EXHIBERUNT IN TURBAS. Beda: Paventes, inquit, scindunt vestimenta, ne deorum cultu honorarentur. Hoc enim consuetudinis Judæorum, quoties aliquis blasphemum, et quasi contra Deum audierunt. Ita Beda. Detorquebant hæretici hæc contra catholicos, invocantes et honorantes sanctos cum Christo in celo regnantes. Sed immeritò. De quo sic August., 20 contra Faustum, c. 21. Populus christianus, inquit, memorias martyrum concelebrat, et ad excitandam imitationem, et ut meritis eorum consocietur, atque orationibus adjuvetur: ita tamen, ut nulli martyrum; sed ipsi Deo martyrum constituamus altaria, quamvis in memorias martyrum. Ipsi enim sancti, vel homines, vel angeli, exhiberi sibi nolunt, quod uni Deo deberi vident, sicut et in Paulo et in Barnabâ apparuit, et in angelo in Apocalypsi. Hæc August., dicto loco.

VERS. 16. — ET QUIDEM NON SINE TESTIMONIO SEMETIPSUM RELIQUIT. Prosper, 2 de Vocat. gent., c. 4, cùm dicitur bonam partem hujus concionis Pauli, ita subdit: Quod est autem hoc testimonium, quod semper domino deservivit, et nunquam de ejus bonitate ac potestate conticuit? nisi ipsa totius mundi inenarrabilis pulchritudo et inenarrabilium beneficiorum ejus dives et ordinata largitio? per que humanis cordibus

Ante januas, ad domus vestibula; Græcus enim habet *αὐτῶν*, sed sensus idem, nam vestibula sunt ante januas.

Volebat sacrificare, utrique, tam Barnabæ quàm Paulo.

VERS. 15. — Quod ubi audierunt, scilicet tam voces clamantium: *Dii similes hominibus*, etc., quàm strepitum et apparatus sacrificare volentium.

Conscissis tunicis suis, ut solebant Judæi cùm blasphemiam audirent, aut atrox aliquod nuntium ad aures accideret, in læta etiam et penitentia.

VERS. 14. — Ab his vocis, Jove, Mercurio alisque idolis, que non sunt aliud quàm vani et mendaces dii.

VERS. 15. — In præteritis generationibus, præteritis temporibus.

Ingressi vias suas, suo more vivere, suas sequendo consuepcentias, errores et falsa numina.

VERS. 16. — Tempora fructifera, distinguens animum in varia tempora, et temperates, quibus suis attribuit fructus, frumentum, vini, pomorum, necum, etc.

Fructus cibo, victum abundè et largitè suppeditans.

Et lætitia. Exultantur enim corda, et recreantur cibis, et variis anni tempestatibus et fructibus earum.

VERS. 17. — Vix sederunt turbas, ob pronitatem harum ad idololatriam. (Lyranus.)

VERS. 18. — Supervenerunt autem; studio id deterrere ex Judaismo zelo, et odio Christianismi, ac Pauli, ut illum everterent.

Persuasus turbis, quod seductores essent Paulus et Barnabas, et seduliosi novum nomen falsum annuntiantes.

VERS. 19. — Circumstantibus autem eum discipulis, et vel mortuum sepelirent, vel vivum tegerent, et Judæis absconderent.

quædam æternæ legis tabulæ præbebantur, ut in paginis elementorum, ac voluminibus temporum communis et publica divine institutionis doctrina legeretur? Et concludens: Quod ergo in Israel per constitutionem legis et prophetica eloquia geratur, hoc in universis nationibus totius creaturæ testimonia et bonitatis Dei miracula semper egerunt. Hæc Prosper. Sed eorum et terra, ait August., 10 Confess., c. 6, surdis enarrabant gloriam Dei: donec tale sui testimonium idololatris præstitit Deus, ut gentiles tandem per gratiam illuminati, animadvertent mentis suæ pristinum stuporem et gratiæ Dei virtutem. Hæc August.

VERS. 21. — ET QUONIAM PER MULTAS TRIBULATIONES OPORTET NOS INTRARE IN REGNUM DEI. Causa hujus est, teste Aug., 7 de Civit., c. 34, quia Deus statuit, ut post peccatum Protoplasti, propagata caro peccati ad recipiendam (seu recuperandam) justitiam laboribus et molestiis niteretur. Propter hoc etiam de Paradiso ejectus Adam contra Eden habitavit, id est, contra sedem deliciarum, ut significaret quod in laboribus, qui sunt delicias contrarii, erudienda esset caro peccati, qua in deliciis obedientiam non servabat, atque quæ esset caro peccati. Hæc August.

VERS. 22. — ET CUM CONSTITUISSET ILLIS PER SINGULAS ECCLESIAS PRESBYTEROS, ET ORASSENT CUM JEJUNATIONIBUS. Chrysost. Vide, inquit, cùm jejunatis sunt ordinationes. Iterum jejunium purgatio est animarum. Ita Chrysost. Porro, constituisset, Beda est *πεποιθότες*, quod Erasmus hoc loco, Græcè quoque et se-

Surgen intraivit civitatem. Videtur miraculo salutis restitutus, non quia ita malè habebat ut crederetur mortuus, non potuit per se surgere, et tamen ratiis in civitatem redire, et postmodò in urlem proficisci.

VERS. 20. — Cùmque evangelizassent. De cruce apostolorum regressus ad confirmandum illos qui crederant in Christum. Antiochiam que est in regione Pisidia. (Lyranus.)

VERS. 22. — Eos, fideles Lystrenses, Iconienses, etc. Domino, ut is eos in fide suscepta conservaret, et promoveret.

VERS. 23. — Pamphylia. Est Asia minoris regio, que nunc simul cum Cilicia dicitur *Caramania*. Pisidia verò est Cilicia pars.

VERS. 24. — Pergæ, que est urbs Pamphylia. Attaliam, que etiam urbs est Pamphylia juxta Corycium promontorium; hodie appellatur *Satadia*. Vide plura apud Ortelium in Thesoro geographicis.

VERS. 25. — Antiochia, Syria.

Videbant traditi gratiæ Dei. Unde discesserant cum gratiâ Dei, et sancti prædicationibus fidelium, quibus esse ab omnes prosequenti fuerant. Vel sensus est: traditi Spiritui sancto illos exposcendi ad ministerium prædicationis Evangelii inter gentes, supra, capite 13, 2.

Id opus quod compleverunt. Facientes quidem, sed non ita, ut sibi consistendum ducerent, et finem prædicandi facere vellet.

VERS. 26. — Deus cum illis; sic alibi decebat Paulus: Non ego, sed Dei gratia mecum, 1 ad Corinth., 10, 15.

Aperuisset gentibus ostium fidei. Per prædicationem vocando, et per fidem et baptismum in Ecclesiam introducendo.

VERS. 27. — Tempus non modicum. Baronius putat mansisse biennium, scilicet anno Christi 48 et 50.

quaces vertunt, cum per suffragia creassent, scilicet quasi suffragis populi, non iudicio apostolico aut episcopali electus sit, et etiam nunc sit eligendus clerus.

CAPUT XV.

1. Et quidam descendentes de Juda, docebant fratres : Quia nisi circumcidamini secundum morem Moysi, non potestis salvari.

2. Facta ergo seditione non minima Paulo et Barnabae adversus illos, statuerunt ut ascenderent Paulus et Barnabas, et quidam alii ex aliis ad apostolos et presbyteros in Jerusalem super hac questione.

3. Illi ergo deducti ab Ecclesia, pertransibant Phoenicem et Samariam, narrantes conversionem gentium : et faciebant gaudium magnum omnibus fratribus.

4. Cum autem venissent Jerosolymam, suscepti sunt ab Ecclesia et ab apostolis et senioribus, annuntiantes quanta Deus fecisset cum illis.

5. Surrexerunt autem quidam de haeresi Phariseorum, qui crediderunt, dicentes : Quia oportet circumcidi eos, precipere quoque servare legem Moysi.

6. Conveneruntque apostoli et seniores videre de verbo hoc.

7. Cum autem magna conquisitio fieret, surgens Petrus, dixit ad eos : Viri fratres, vos scitis quoniam ab antiquis diebus Deus in nobis elegit per os meum audire gentes verbum Evangelii, et credere.

8. Et qui novit corda Deus, testimonium perhibuit, dans illis Spiritum sanctum sicut et nobis.

9. Et nihil discrevit inter nos et illos, fide purificans corda eorum.

10. Nunc ergo quid tentatis Deum, imponere iugum super cervicibus discipulorum, quod neque patres nostri, neque nos portare potuimus ?

11. Sed per gratiam Domini Jesu Christi credimus salvari, quemadmodum et illi.

12. Tacuit autem omnis multitudo : et audiebant Barnabam et Paulum, narrantes quanta Deus fecisset signa et prodigia in gentibus per eos.

13. Et postquam tacuerunt, respondit Jacob, dicens : Viri fratres, audite me.

14. Simon narravit quemadmodum primum Deus visitavit sumere ex gentibus populum nomini suo.

15. Et huic concordant verba prophetarum, sicut scriptum est :

16. Post haec revertar, et reaedificabo tabernaculum David, quod decidit : et diruta ejus reaedificabo, et erigam illud :

17. Ut requirant ceteri hominum Domini, et omnes gentes super quas invocatum est nomen meum, dicit Dominus faciens haec.

18. Notum à seculo est Domino opus suum.

19. Propter quod ego iudico non inquietari eos qui ex gentibus convertuntur ad Deum :

20. Sed scribere ad eos ut abstineant se à contaminationibus simulacrorum, et fornicatione, et suffocatis, et sanguine.

21. Moyses enim à temporibus antiquis habet in

Sed perperam. Patet enim etiam hic, id non populo, sed Paulo et Barnabae tribui. Vide quoque que dicta sunt c. 1, v. 16 et 25, item c. 15, v. 2 et 5.

CHAPITRE XV.

1. Or, quelques-uns, qui étaient venus de Judée, enseignaient cette doctrine aux frères : Si vous n'êtes circoncis selon la pratique de la loi de Moïse, vous ne pouvez être sauvés.

2. Sur cela, un grand trouble s'étant élevé, et Paul et Barnabé ayant long-temps disputé avec eux, il fut résolu que Paul et Barnabé, et quelques-uns d'entre les autres, iraient à Jérusalem vers les apôtres et les prêtres, pour cette question.

3. L'Eglise les ayant donc fait conduire, ils traversèrent la Phénicie et la Samarie, racontant la conversion des gentils ; ce qui donnait beaucoup de joie à tous les frères.

4. Étant arrivés à Jérusalem, ils furent bien reçus par l'Eglise, par les apôtres et par les prêtres, auxquels ils racontèrent combien Dieu avait fait de grandes choses avec eux.

5. Mais quelques-uns de la secte des Pharisiens qui ont embrassé la foi, se sont élevés, et ont soutenu qu'il fallait circoncire les gentils, et leur ordonner de garder la loi de Moïse.

6. Les apôtres donc et les prêtres s'assemblèrent pour examiner cette question.

7. Et après en avoir beaucoup conféré ensemble, Pierre se leva, et leur dit : Mes frères, vous savez qu'il y a long-temps que Dieu m'a choisi d'entre nous, afin que les gentils entendissent par ma bouche la parole de l'Evangile et qu'ils crussent.

8. Et Dieu qui connaît les cœurs, en a rendu témoignage, leur donnant le Saint-Esprit aussi bien qu'à nous.

9. Et il n'a point fait de différence entre eux et nous, ayant purifié leurs cœurs par la foi.

10. Pourquoi donc tentez-vous maintenant Dieu, imposant aux disciples un joug que ni nos pères, ni nous, n'avons pu porter ?

11. Mais nous croyons que c'est par la grâce du Seigneur Jésus-Christ que nous serons sauvés, aussi bien qu'eux.

12. Alors toute l'assemblée se tut ; et ils écoutaient Barnabé et Paul, qui leur racontaient combien de miracles et de prodiges Dieu avait faits par eux parmi les gentils.

13. Après qu'ils se furent tus, Jacques prit la parole, et dit : Mes frères, écoutez-moi.

14. Simon vous a représenté de quelle sorte Dieu a commencé à regarder favorablement les gentils, pour choisir parmi eux un peuple consacré à son nom.

15. Et les paroles des prophètes s'accordent avec lui, selon qu'il est écrit :

16. Après cela je reviendrai, et je rebâtirai la maison de David, qui est tombée ; je réparerai ses ruines, et je la relèverai.

17. Afin que le reste des hommes, et tous les gentils qui porteront mon nom, cherchent le Seigneur. C'est ce que dit le Seigneur, qui fait ces choses.

18. Dieu connaît son œuvre de toute éternité.

19. C'est pourquoi je juge qu'il ne faut point inquiéter ceux d'entre les gentils qui se convertissent à Dieu.

20. Mais qu'on doit seulement leur écrire qu'ils s'abstiennent des choses immolées aux idoles, de la fornication, des chairs étouffées et du sang.

21. Car quant à Moïse, il y a depuis long-temps

signis civitatibus qui eum praedicant in synagogis ubi per omne sabbatum legitur.

22. Tunc placuit apostolis et senioribus cum omni Ecclesia, eligere viros ex eis, et mittere Antiochiam cum Paulo et Barnabâ, Judam qui cognominabatur Barsabas, et Silam, viros primos in fratribus :

23. Scribentes per manus eorum : Apostoli et seniores fratres, his qui sunt Antiochia, et Syria, et Cilicia, fratribus ex gentibus, salutem.

24. Quoniam audivimus quia quidam ex nobis exentes, turbaverunt vos verbis, evertentes animas vestras, quibus non mandavimus :

25. Placuit nobis collectis in unum, eligere viros, et mittere ad vos, cum charissimis nostris Barnabâ et Paulo,

26. Hominibus qui tradiderunt animas suas pro nomine Domini nostri Jesu Christi.

27. Misiimus ergo Judam et Silam, qui et ipsi vobis verbis referent eadem.

28. Visum est enim Spiritui sancto et nobis nihil ultra imponere vobis oneris quam haec necessaria :

29. Ut abstineteis vos ab immolatis simulacrorum, et sanguine, et suffocato, et fornicatione : à quibus custodientes vos, bene agetis. Valete.

30. Illi ergo dimissi, descenderunt Antiochiam : et congregata multitudo, tradiderunt epistolam.

31. Quam cum legissent, gavisi sunt super consolatione.

32. Judas autem et Silas, et ipsi cum essent prophetae, verbo plurimo consolati sunt fratres, et confirmaverunt.

33. Facto autem ibi aliquando tempore, dimissi sunt cum pace à fratribus, ad eos qui miserant illos.

34. Visum est autem Silae ibi remanere : Judas autem solus abiit Jerusalem.

35. Paulus autem et Barnabas demorabantur Antiochia, docentes, et evangelizantes cum illis pluribus verbum Domini.

36. Post aliquot autem dies, dixit ad Barnabam Paulus : Revertentes, visitemus fratres per universas civitates, in quibus praedicavimus verbum Domini, quomodo se habeant.

37. Barnabas autem volebat secum assumere et Joannem qui cognominabatur Marcus.

38. Paulus autem rogabat eum (ut qui discessisset ab eis de Pamphylia, et non isset cum eis in opus) non debere recipi.

39. Facta est autem dissensio, ita ut discederent ad invicem : et Barnabas quidem, assumpto Marco, navigaret Cyprum :

40. Paulus vero, electo Silâ, profectus est, traditus gratiae Dei à fratribus.

41. Perambulabat autem Syriam et Ciliciam confirmans Ecclesias, praecipiens custodire praecepta apostolorum et seniorum.

dans chaque ville des hommes qui le prêchent dans les synagogues, où on le lit chaque jour du sabbat.

22. Alors il fut résolu par les apôtres et par les prêtres, avec toute l'Eglise, de choisir quelques-uns d'entre eux pour envoyer à Antioche avec Paul et Barnabé. Ils choisirent donc Jude, surnommé Barsabas, et Silas, qui étaient des principaux entre les frères.

23. Et ils écrivirent par eux cette lettre : Les apôtres, les prêtres et les frères, à nos frères d'entre les gentils qui sont à Antioche, en Syrie, et en Cilicie, salut.

24. Comme nous avons su que quelques-uns qui venaient d'avec nous, vous ont troublés par leurs discours, et ont alarmé vos consciences, sans toutefois que nous leur en eussions donné aucun ordre :

25. Après nous être assemblés dans un même esprit, nous avons jugé à propos de vous envoyer des personnes choisies, avec nos très-chers Barnabé et Paul ;

26. Des hommes qui ont exposé leur vie pour le nom de Notre-Seigneur Jésus-Christ.

27. Nous vous envoyons donc Jude et Silas, qui vous feront entendre les mêmes choses de vive voix.

28. Car il a semblé bon au Saint-Esprit et à nous, de ne vous point imposer d'autres charges que celles-ci, qui sont nécessaires :

29. C'est de vous abstenir de ce qui aura été sacrifié aux idoles, du sang et des chairs étouffées, et de la fornication : abstenez-vous de ces choses, et vous ferez bien. Adieu.

30. Ayant donc été envoyés de la sorte, ils vinrent à Antioche, où ils assemblèrent les fidèles, et leur rendirent cette lettre,

31. Qu'ils lurent avec beaucoup de consolation et de joie.

32. Et comme Jude et Silas étaient eux-mêmes prophètes, ils consolèrent et fortifièrent aussi les frères par plusieurs discours.

33. Après qu'ils eurent demeuré là quelque temps, les frères les renvoyèrent en paix aux apôtres, qui les avaient envoyés.

34. Silas néanmoins jugea à propos de demeurer à Antioche, et Jude retourna seul à Jérusalem.

35. Paul et Barnabé demeurèrent aussi à Antioche, où ils enseignaient et annonçaient avec plusieurs autres la parole du Seigneur.

36. Quelques jours après, Paul dit à Barnabé : Retournons visiter nos frères par toutes les villes où nous avons prêché la parole du Seigneur pour voir en quel état ils sont.

37. Or Barnabé voulait prendre avec lui Jean, surnommé Marc.

38. Mais Paul le pria de considérer qu'il n'était pas à propos de prendre avec eux celui qui les avait quittés en Pamphylie, et qui ne les avait point accompagnés dans leur ministère.

39. Il se forma donc entre eux une contestation, qui fut cause qu'ils se séparèrent l'un de l'autre : Barnabé prit Marc avec lui, et s'embarqua pour aller en Chypre ;

40. Et Paul ayant choisi Silas, partit avec lui, après avoir été abandonné à la grâce de Dieu par les frères.

41. Il traversa la Syrie et la Cilicie, confirmant les Eglises, et leur ordonnant de garder les préceptes des apôtres et des prêtres.

VERS. 1. — ET QUIDAM DESCENDENTES DE JUDEA, DOCEBANT FRATRES: QUIA NISI CIRCUMCIDAMINI, NON TESTES SALVARI. HORUM antesignanus fuit Cerinthus, teste Epiphiano, hæresi 28, cujus verba posuimus supra, c. 11, v. 2.

VERS. 2. — FACTA ERGO SEDITIONE NON MINIMA PAULO ET BARNABÆ ADVERSUS ILLOS, etc. Græcè est, tumultu et dissensionibus non modicis; non adversus Paulum (nam sequitur, adversus illos, scilicet venientes de Judæa), sed in dative (tam Græcè quam Latine, ipsi Paulo et Barnabæ; hoc est, ut Paulus et Barnabæ publice contra illos disceptarent. De eo Chrysost.: Vides, inquit, continuas tentationes intus et foris? Pulchra autem dispensatione hoc agitur Paulo præsentem, ut contradicat. Et non dixit Paulus: Quid? non meretur idem a tantis signis, sed disserit propter illos. Ita Chrysost. STATUERUNT UT ASCENDERENT PAULUS ET BARNABÆ, ET QUIDAM ALII EX ALIIS, etc. Addit. Et quidam alii ex aliis, nempe ut definitio, quæ ab apostolis expectabatur, non haberetur à refractariis subreptitia.

VERS. 4. — CUM AUTEM VENISSENT JEROSOLYMAM, SUSCEPTI SUNT AB ECCLESIA, ET AB APOSTOLIS, ET SENIORIBUS. Et paulo post: *Conveneruntque apostoli et seniores videre de verbis hoc. Bæda.* De hac asensione ad Jerosolimam Paulus scribit ad Galatas 2: *Deinde post annos quatuordecim ascendi Jerosolimam cum Barnabæ, assumpto et Tito, et contuli cum eis Evangelium, ubi numerus annorum, quem posuit, recensendus est: Hæc Bæda.* Ibi inique tanquam loco proprio simul ostendimus nihil obstarè (quod prætendunt hæretici) Petrum Romæ cathedram possidere anno secundo Claudio, et jam anno decimo ejusdem interesse huic concilio Jerosolymis. Nempe anno nono ejusdem Claudii, teste Orosio, pulsus sunt Judæi Romæ, et cum his etiam Petrus, qui hæc scilicet occasione tunc iavisti Ecclesiam Palestinæ.

VERS. 6. — CONVENERUNTQUE APOSTOLI ET SENIORES VIDERE DE VERBO NÔC. Contendunt hinc hæretici suos etiam seniores habere habere in conciliis suis suffragii. Sed quos nunc textus seniores vocat, supra, v. 2, vocat presbyteros. Et sanè præter apostolos fuisse 70 discipulos inferioris ordinis, ministerio tamen episcopali.

VERS. 1. — Nisi circumcidamini. Sub circumsione per synædochem totam legem Moysi et Judæis intellige: hinc enim initium, ingressus et professio erat circumsio.

Secundam morem Moysi, secundam ritum legis Mosiacæ.

VERS. 2. — Ad apostolos, Petrum, Jacobum, et Joannem, ut patet Galat. 2, 9; ceteri enim apostoli per orbem erant dispersi.

Et presbyteros, tam sacerdotes, tunc episcopos; episcopi in concilio his habent suffragii; sacerdotes intersunt ut consulantur et doctores. Vide Bellarmin., lib. 1 de Concil., cap. 15 et 16.

VERS. 3. — Deducti, præmissi, et per breve aliquid via spatium historis causâ deducti.

Phanizem et Samaritanam. Per quas Antiochiâ Jerosolimam tendentibus iter est.

VERS. 5. — De hæresi, de seclâ; nomen enim hæresis hoc loco non sumitur in malam partem. Qui crediderunt, qui christianismum amplexi erant.

rituali deputatos, Evangelium narrat, et in eorum locum successisse sacerdotes seu pastores minores, tota testatur antiquitas, ut non statim per seniores (ut intelligantur aliqui laici. Interim quia infra, v. 23, dicitur: *Tunc placuit apostolis et senioribus cum omni Ecclesiâ, fateatur cum Nicolao Papâ, episc. ad Michaëlem imperatorem, solere, et posse laicos conciliis œcumenicis interesse, sed non ut aliquid disceptent (ut fateatur Basil. Imp.), multo minus, ut definiant, sed ut audiant et consentiant. Quocirca etiam concilio Arausicano subscripsit imperator hoc modo: *Consentiens subscripsi; qui eorum consensus non parum valet apud plebem ad recipienda conciliorum decreta.**

VERS. 7. — CUM AUTEM MAGNA CONQUISITIO FIERET, SURGENS PETRUS EXIIT AD EOS. Ansel., in interlineari Exposit. Surgens, et præ omnibus quasi princeps loquitur. Ita ille. Chrysost. quidem hoc loco non facit primatus Petri mentionem, et plus etiam videtur Jacobo tribuere, dicens: *Hic erat episcopus Ecclesiæ Jerosolymitanae. Et postea: Quid est illud, iudico ego? id est, cum potestate dico esse scribendum. Rursum dum comparat Petrum et Jacobum. Sed (ut patet legenti) obscurus est (tâ hæc hominâ Chrysostomus. Cæterum, quam clarè agnovit primatum Petri idem Chrysost. testatur his verbis, ad illud Joan. 21: *Simon Joannis, diligit me plus his? Præteriens (inquit) Dominus ait: Petro loquitur: eximitis enim apostolorum erat Petrus, et os discipulorum, et vertex collegii. Unde et negatione deleta, committit ei prælationem fratrum. Hæc Chrysost. Vide ad eadem verba Joannis 21, etiam aliorum veterum, si placeat, hæc de re testimonium. Et sanè nihil dat præminentiâ Jacobo quod dicit v. 19: *Propter quod ego iudico; nam primum Irenæus, lib. 5, c. 12, hoc modo legit: Propterea ego secundum me iudico. Ita ille, quasi dicat tantum: hæc est mea opinatio et sententia. Adde quod Scriptura dicit, v. 15: *Et postquam tacerunt (scilicet interloquutores Paulus et Barnabæ), respondit Jacobus, certè nulli alteri nisi annuenti ipsi Petro, ut et ipse diceret sententiam. Sed jam de his etiam distinetis agamus. VIRI FRATRES, vos scribis. Chrysost.: Aderant forsân ex his qui vocaverunt illum ad Cornelium otium,****

VERS. 6. — Conveneruntque apostoli, etc. Hoc est primum concilium, quod in Ecclesiâ celebratum est. *Videte de verba hoc. consultare, et decernere de præsentî controversiâ. Verum hoc loco, ut sapè alibi, ponitur pro re aut negotio.*

VERS. 7. — Ab antiquis diebus, jam pridem, jam dudum, id est, à controversione Cornelii, de qua c. 10, elapsi jam erant anni circiter quatuordecim, nam Cornelius creditur baptizatus anno Christi 57. Concilium autem habitum anno 51.

Deus in nobis elegit per os meum; quasi dicat: Deus inter nos me elegit, per quem gentes audirent Evangelium, et declararet etiam illas in Ecclesiâ admittentibus esse.

VERS. 8. — Et qui novit corda Deus. Deus cordium scrutator, qui optime novit quinam sincerè querant Deum, et capaces sint gratiæ et salutis à Christo alate.

Testimoniam perhibuit, hujus sinceritatis et capacitatis.

et ingressi cum illo, et propterea adduci illos testes. Ita Chrysost. Et pergit: *PER OS MEUM.* Vide ut ostendit Deum per illum loqui. Unde itaque:

VERS. 10. — NUNC QUID TENTATIS DEUM? UT IMPOSATIS JUGUM, QUOD NEQUE PATRES NOSTRI, NEQUE NOS PORTARE POTUIMUS, etc. Quid est: *Tentatis Deum?* cur increduli estis, inquit, Deo? quid tentatis illum quasi non possit servare fide? *Et jugum quod non potuimus nos, et patres nostri portare? sed per gratiam Domini nostri Jesu Christi credimus servari quemadmodum et illi.* Quamvis virtute plena sunt verba hæc? que sanè Paulus multis in Epistola ad Rom. dixit, hæc et hic dicitur. Ita Chrysost. Et Bæda: *Fide purificans corda eorum.* Non ergo circumsione carnis illos mundari opus est, quorum tanta fides corda purificat, ut etiam ante baptismum Spiritum accipere mereantur; sed per gratiam Christi credimus salvari, sicut et illi. Ita Bæda. Sed qui illi? Quidam cum Glossâ interlineari intelligent, gentiles; sed aliter August., ep. 157. Si ergo, inquit, et illi, id est, patres, portare jugum legis veteris non valentes, per gratiam Domini Jesu salvos se fieri crediderunt manifestum est, quod hæc gratia etiam antiquos justos vivere fecit ex fide. Ita August. et similia verba habet quoque hic Bæda.

VERS. 12. — TACUIT AUTEM OMNIS MULTITUDO; ET ADIEVERANT BARNABAM ET PAULUM, NARRANTES, etc. Tacuit scilicet omnis multitudo, dum nemo adhuc de sententiâ dicendâ interrogabatur; atque interea Paulus et

Sicut et nobis, id est, visibilibus specie.

VERS. 9. — Nihil discreti inter nos et illos. Sine personarum acceptione non illos minus admittens quam nos ad gratiam Evangelii.

Fide purificans corda eorum, fide et baptismo eos purificans, ita ut jam immundi censei non debeant.

VERS. 11. — Sed per gratiam Domini, etc. Quasi dicat: Non sunt obligati Christiani ad ceremonias legis, non modo quia sunt jugum gravissimum, sed etiam quoniam sunt inutilles ad justificationem, nec per eas, sed per Christi gratiam credimus nos salvari, sicut et patres nostri salvati sunt.

VERS. 14. — Simon, Petrus, qui antea dicebatur Simon.

Primum, id est, ab antiquis diebus, ut dixit Petrus, v. 7.

Deus visitavit sumere, etc. Verba videntur sic ordinanda: Deus visitavit in gentibus, id est, gentes, ut ex his sumat populum nomini suo. Visitavit autem gentes quasi doctor, medicus, et salvator per Petrum et apostolos, eas imbuens fide et gratiâ Christi quâ à peccatis justificarentur, et salvarentur.

Sumere nomini suo. Sumere sibi, et Ecclesiæ suæ adungere.

VERS. 15. — Prophetarum, Amos, c. 9, v. 11 et 12.

VERS. 16. — Reedificabo tabernaculum David, id est, Ecclesiam, in qua habitat, et regnat Christus filius Davidis.

Quod decidit; non in se, sed in Judæis, semper enim stetit Ecclesia, sed alium vito suo ab illâ exciderunt, ut Judæi increduli, quorum loco huic tabernaculo et domui Dei quasi viri lapideis toto orbe gentiles inaedificati sunt.

VERS. 17. — Ut requirunt ceteri hominum Dominum; ut non solum Judæi, sed reliquæ etiam nationes Dominum requirant, Evangelium audientes, et christiana sacra suscipientes.

Super quos invocatum est nomen meum, eò quod hæc gentes meas esse, ac dici volui. Vel eò quod nomen

Barnabæ divina gloriæ avidi, hæc silentio opportunitatem nacti, auscultantibus iis qui assidebant, *narrabant quanta Deus, inquit Scriptura, fecisset signa et prodigia in gentibus per eos.* Quorum rerum narratio multum proderat ad instruendam causam que agebatur. Paulus enim et Barnabæ doceant gentes libertatem à lege. Ex eo ergo quod Deus miracula per eos in gentibus fecerat, colligere erat (juxta id quod est Marci ult.) Deum eorum doctrinam in gentibus confirmare.

VERS. 15. — ET POSTQUAM TACUERUNT, RESPONDIT JACOBUS, DICENS: VIRI FRATRES. Respondit, etc. (quod et supra, v. 7, diximus), scilicet annuenti Petro, ut et ipse sententiam diceret. Et quid dixit? *Simon narravit, etc. Et huic concordant verba prophetarum.* Certè confirmavi Petri sententiam, ut manifestum est. De quo Chrysost. Vide, inquit, et jubis sapientiam, ex prophetis novis veteribusque consummantis sermonem. Et benè constitutum est, ut per illos hæc facta sint, qui non erant habitaturi in Jerosolymis; hic autem rem doceat, ne esset reus, neve sententia ejus confutetur. Hæc Chrysost.

VERS. 19. — PROPTEA QUOD EGO JUDICO, NON INQUIETARI EOS QUI EX GENTIBUS CONVERTUNTUR. De verbo illo, *iudico*, dictum est supra, v. 7. Cætera repetuntur rursum et sentiuntur v. 20. Quare ibi potius illa explicabimus.

VERS. 21. — MOYSES ENIM A TEMPORIBUS ANTIQUIS

meum eis prædicatum et manifestum factum est. *Dicit Dominus facturus hæc; quasi dicat: Nec quisquam miretur, hoc enim se facturum sibi Dominus, qui non minus verax, quam potens est.*

VERS. 18. — Notum à seculo est Domino opus suum; quasi dicat: Multo ante Deus præcogitavit, et prædisposuit hoc opus suum, mirum fabricæ Ecclesiæ suæ edificandæ ex gentibus, fiet nobis novum videtur.

VERS. 19. — Non inquietari. Non exhibendum esse hæc molestiam iis qui ex gentibus convertuntur ad Christum.

VERS. 20. — Sed scribere ad eos, sed scribendum illis esse.

Abstinent se à contuminationibus simulacrorum. Ad idolothytis, id est, carnibus et cibis idolis immolatis, ideoque contaminatis.

Et fornicatione, quoniam gentes putabant non esse peccatum, saltem mortale, cum scilicet erant inter solutos.

Et suffocatis, id est, cum animalium suffocatorum, quorum sanguis per impurationem effusus non est.

Et sanguine, sicut olim Gen. 9, v. 4, præceptum fuerat. Vide dicta eo loco. Jam in concilio statutum erat non adhibenda gentibus ad suscipiendam circumsionem, et servandum legem Mosiacam; loco ergo illius gravissimi oneris, novam legem, sed factilem censet Jacobus dandam gentilibus christianis, ut scilicet abstinerent à sanguine, suffocato, et immolatis simulacrorum, idque propterea ut facilis cum Judæis ad Christum conversis in unum corpus ac societatem coalescerent. Nam Judæi propter antiquam consuetudinem absorbebantur sanguinem et suffocatum. Comestio vero eorum que simularis fuerant immolata poterat Judæis dare occasionem suspiciendi quod gentiles, si talia comederent, vellent redire ad idololatriam. Itaque fuerunt hæc prohibita pro illo tempore, quo primum gentiles et Judæi inter se coalescebant. Postea verò cum satis coalescerunt, non fuit amplius opus hæc prohibitionem.

HABET IN SINGULIS CIVITATIBUS, QUI EUM PREDICENT IN SYNAGOGIS, etc. De quo ita Chrysost.: Quoniam non audierant legem, merito hæc suggerit de lege. Hæc Chrysost. Et Beda hoc modo: Quasi dicat: Etsi præceptorum acerbitate non graventur à nobis, procedente tamen tempore, dum frequentius ad lectionem legis et prophetarum convenient, paulatim vitæ instituta, et servandæ invicem dilectionis jura suscipient. Ita Beda, certè indicans hæc Judaica tunc servari præcepta, ad servandum vinculum dilectionis, ne gentiles christiani aliqui abominationi fierent Judeis ad Christum conversis.

VERS. 22. — TUNC PLACUIT APOSTOLIS, ET SENIORIBUS CUM OMNI ECCLESIA, SCRIBERE: APOSTOLI ET SENIORES, etc. Et eandem VERS. 23. — VISUM EST ENIM SPIRITUI SANCTO, ET NOBIS, etc. Priora verba jam explicata sunt supra, v. 6. Porro ad illud: *Visum est Spiritui sancto, et nobis*, sic Chrysost.: Igitur non humanum, si Spiritui sancto hæc placeant. Ita Chrysostom. Simile est quod dicit Paulus: *Cognoscat quæ scribo, quia Domini sunt mandata*. Sic et Leo epist. 78. decreta concilii Chalcedonensis vocat decreta divina. Et quidnam hæc Apostoli decernunt?

VERS. 29. — UT ABSTINEATIS VOS AB IMMOLATIS SI-

VERS. 21. — *Moses enim à temporibus antiquis*. Hoc dicit Jacobus ad placandam partem adversam, nimirum judaizantes pugnantem pro lege et Moysè, quasi dicat, non est quod nos Christiani solliciti simus de honorando Moysè, et lege; Moyses enim et lex satis honoratur et celebrantur à Judæis in synagogis suis. Judæi ergo qui Moysen honorem volunt, ejus synagogas adeant, ibi cum celebrent, nobis enim Christianis sufficit in Ecclesia Christum, ad quem nos Moyses remisit, Deut. 18, v. 18, ejusque legem celebrare. Præcones ergo Moysi sint Judæi, Christi verò Christiani.

A temporibus antiquis, ex veteri consuetudine.

Per omne sabbatum, singulis sabbatis.

VERS. 22. — *Cum omni Ecclesia*, quæ decretum concilii non condidit, sed ab apostolis et senioribus, id est, episcopis conditum probavit.

Cum Paulo et Barnabâ, qui in controversiâ hæc pars una fuerant: unde ut eis erodat pars adversa, junguntur eis Silas et Judas, qui decretum apostolorum perforant, et significant ab eis adjudicatum esse causam Paulo et Barnabæ.

Judas, qui cognominabatur Barsabas. Alius est hic Judas à Joseph; fortè ejus fuit frater; uterque enim cognominatur Barsabas; Judas hic, Joseph, c. 1, 25.

Et Silas. S. Hieronymus, epist. 143, arbitratur Silam eundem esse cum Silvano, qui ponitur in inscriptione Pauli Epistoliarum ad Thessalonicenses. Silas est mentio in Martyrol. Rom., die 15 Jul.

Viros primos, primarios.

VERS. 23. — *Scribentes per manus eorum*, id est, scribentes epistolam, quas ipsi deferrent.

Fratres ex gentibus, ex gentilitio ad Christum conversi.

VERS. 24. — *Quidam ex nobis*, etc. Illi sunt de quibus supra, n. 1 hujus c., dixit: *Et quidam descendentes de Judæâ*, etc.

Turbaverunt vos, timorem injicientes quasi in Christianismo non sit tuta salus, nisi simul suscipiatur Judaismus.

Evertes animas vestras, id est, destruentes pacem et quietem animarum vestrarum.

Quibus non mandavimus, qui suo sensu ducti, non autem à nobis jussi dogma istud sparserunt.

MULACRORUM, ET SANGUINE, ET SUFFOCATO, ET FORNICATIONE, A QUIBUS CUSTODIENTES VOS BENE FACIETIS. VALETTE. De hoc Chrysost.: Vide brevem epistolam nihil abundans habere, neque epicheremata, neque syllogismos, sed imperium. Erat enim legislatio Spiritus. Hæc Chrysost., satis ostendens decretum hoc obligasse fideles, saltem donec scandalum illud (de quo supra egimus) duraret. Sic et August., l. 52 contra Faust., c. 15: Preceptum est ab apostolis ut abstergerentur a fornicatione, et immolatis, et sanguine, id est, ne ederent carnem cujus sanguis non esset effusus. Ita August. Quin et Tertull., post annum à Christo nato ducentesimum, adhuc scribit in Apolog., cap. 9: Gentiles aliquos: Denique inter tentamenta Christianorum, botulos etiam cruore distentos admoveret, certissimi scilicet, illicitum esse penes illos, pro quo exorbitare eos vultis. Hæc Tertull.

VERS. 57. — REVERTENTES VISUM FRATRES PER UNIVERSAS CIVITATES, IN QUIBUS PREDICAVIMUS, QUOMODO SE HABEANT. Quasi dicat: Persecutionem aut veritatem Evangelii graviter et constanter ambulent. Hic scilicet est exemplar Visitationum in Ecclesiâ, qui scrutantur num omnia nomina sua congruant.

VERS. 59. — FACTA EST AUTEM DISSENSIO, ITA UT

VERS. 25. — *Collectis in unum*, Græcè, *unanimitè congregatis*. (Sâ.)

VERS. 27. — *Tradiderunt animas suas*, seipso impendentes, et periculo vitam suam pro Evangelio exponentes.

VERS. 28. — *Nihil*, scilicet interim, seu præter ea quæ lex naturalis præcipit, seu quod pertinet ad ea quæ nuper apud vos disputata sunt. (Sâ.)

VERS. 28. — *Visum est Spiritui sancto et nobis*, visum est nobis inspiratis et directis à Spiritu sancto. *Nihil ultra*, ex lege Mosaisca.

Hæc necessaria, hoc tempore; vide dicta v. 20.

VERS. 29. — *Bene ageis*, id est, rectè et christianè faciatis. Vel, *felicitè vivetis*.

VERS. 31. — *Super consolatione*, quam eis dederunt apostoli, amoves ab eis onus et jugum gravæ legis Mosaiscæ.

VERS. 32. — *Cum essent propheta*, tum propriè dicti, tum metaphoricè, scilicet, doctores, prædicatores et exhortatores. Nomen enim propheta in sacris Litteris aliquando sumitur pro iis qui de sacris Litteris et fidei mysteriis apposuit disserunt, et docendi munus exercent.

VERS. 33. — *Facto ibi aliquando tempore*, aliquandiu ibi commorati.

Dimissi sunt, Judas et Silas.

VERS. 34. — *Visum est... Silas*, etc. Hoc comma quidam manuscripti non habent, ut nec interpres Syrus: habent tamen Latini, Arabi, et libri alii. Silas non exprimit. (Synopsis.)

VERS. 35. — *Demorabantur*, etc. Aliquot dies post Judæ abitur subsistere. (Synopsis.)

VERS. 37. — *Barnabas volebat*, etc. *consulebat*, vel *deliberabat*, vel *cogitabat*. Syrus: *Consilium erat secum assumere Joannem*, cognatum suum, ut censent veteres ex Col. 4, 10. (Synopsis.)

VERS. 38. — *Rogabat eum*, id est *aquam et dignum cenobium*.

Ut qui discessisset, ut dictum est supra, cap. 15, v. 15: *in Græco est qui discessisset, vel descessisset*.

In opus conversionis gentium.

VERS. 40. — *Traditus gratiæ Dei*. Vide dicta superiori, cap. 25.

DISCEDERENT AB INVICEM, etc. August., in psal. 53: Non tamen hæc dissensio occidebat concordiam, nec interinebat charitatem. Nam et tibi ipsi aliquando resistis, non tamen odisti charitatem. Hæc August. Et Chrysost.: Si quidem eorum quis exacerbat, quod suum, et quod in suam gloriam quævisisset, fuisset

VERS. 41. — *Præcepta apostolorum et seniorum*, constituta in Jerosolymitanâ synodo, de quo hoc capite dictum est.

CAPUT XVI.

1. Pervenit autem Derben et Lystram. Et ecce discipulus quidam erat ibi nomine Timotheus, filius mulieris Judææ fidelis, patre gentili.

2. Huic testimonium bonum reddebant, qui in Lystris erant et Iconio fratres.

3. Hunc voluit Paulus secum proficisci; et assumens, circumcidit eum, propter Judæos qui erant in illis locis. Sciebant enim omnes quod pater ejus erat gentilis.

4. Cum autem pertransiret civitates, tradebant eis custodire dogmata quæ erant decreta ab apostolis et senioribus qui erant Jerosolymis.

5. Et Ecclesiæ quidem confirmabantur fide, et abundabant numero quotidie.

6. Transientes autem Phrygiam, et Galatiæ regionem, retati sunt à Spiritu sancto loqui verbum Dei in Asiâ.

7. Cum venissent autem in Mysiam, tentabant ire in Bithyniam; et non permisit eos Spiritus Jesu.

8. Cum autem pertransissent Mysiam, descenderrunt Troadem:

9. Et visio per noctem Paulò ostensa est: Vir Macedo quidam erat stans et deprecans eum, et dicens: Transiens in Macedoniam, adjuva nos.

10. Ut autem visum vidit, statim quævisimus proficisci in Macedoniam, certi facti quod vocâset nos Deus evangelizare eis.

11. Navigantes autem à Troade, recto cursu venimus Samothraciam, et sequenti die Neapolim:

12. Et inde Philippus, quæ est prima partis Macedoniae civitas, colonia. Eramus autem in hæc urbe diebus aliquot, conferentes.

13. Die autem sabbatorum egressi sumus foras portam juxta flumen, ubi videbatur oratio esse; et sedentes loquebamur mulieribus quæ convenerant.

14. Et quædam mulier nomine Lydia, purpuraria civitatis Thyatirenonum, colens Deum, audivit; cujus Dominus aperuit cor intendere his quæ dicebantur à Paulo.

15. Cum autem baptizata esset, et domus ejus, deprecata est, dicens: Si judicâset me fidelem Domino esse, introite in domum meam, et manete. Et coegit nos.

16. Factum est autem cunctibus nobis ad orationem, puellam quamdam habentem spiritum pythoneum obviare nobis, quæ questum magnum præstabat dominis suis divinando.

17. Hæc subsequente Paulum et nos, clamabat di-

delictum; si autem uterque volebat docere et instituire, et hic quidem hanc, ille autem aliam viam ingressus est, quale hoc fuerit erim? Multa etiam humana faciebant ratione. Non enim erant lapides vel ligna. Et vide Paulum etiam causam dicentem. Revertebatur enim Barnabam, per magnâ modestiâ. Uter igitur melius consuluerit, non est nostrum pronuntiare, sed quod magna fuerit Dei ordinatio. Hoc modo Chrysost.

CHAPITRE XVI.

1. Paul arriva à Derbe, et ensuite à Lystré, où il y avait un disciple nommé Timothée, fils d'une femme juive convertie à la foi, et d'un père gentil.

2. Les frères qui étaient à Lystré et à Icone rendaient un témoignage avantageux à ce disciple.

3. Paul voulut qu'il l'accompagnât, et l'ayant pris il le circoncit, à cause des Juifs qui étaient en ces lieux-là, car tous savaient que son père était gentil.

4. Or allant de ville en ville, ils donnaient pour règles aux fidèles de garder les ordonnances qui avaient été établies par les apôtres et par les prêtres de Jérusalem.

5. Ainsi les Églises se fortifiaient dans la foi, et croissaient en nombre de jour en jour.

6. Lorsqu'ils eurent traversé la Phrygie et la Galatie, le Saint Esprit leur défendit d'annoncer la parole de Dieu dans l'Asie.

7. Et étant venus en Mysie, ils se disposaient à passer en Bithynie; mais l'Esprit de Jésus ne le leur permit pas.

8. Ainsi ils passèrent la Mysie, et descendirent à Troade.

9. Où Paul eut la nuit cette vision: Un homme de Macédoine se présentait devant lui, et lui fit cette prière: Passez en Macédoine, et venez nous secourir.

10. Dès qu'il eut eu cette vision, nous nous disposâmes à passer en Macédoine, ne doutant point que Dieu ne nous y appelât pour y prêcher l'Évangile.

11. Nous étant donc embarqués à Troade, nous vîmes droit à Samothrace, et le lendemain à Naples.

12. De là à Philippes, colonie romaine, qui est la première ville de cette partie de la Macédoine. Or, nous y demeurâmes quelques jours.

13. Et le jour du sabbat, nous sortîmes de la ville, et nous allâmes près de la rivière, en un lieu où il nous parut que la prière se faisait d'ordinaire: et nous nous assîmes, et nous parlâmes aux femmes qui étaient là assemblées.

14. Il y en avait une nommée Lydie, de la ville de Thyatire, marchande de pourpre, qui servait Dieu: elle nous écouta, et le Seigneur lui ouvrit le cœur, pour entendre ce que Paul disait.

15. Après qu'elle eut été baptisée, et sa famille avec elle, elle nous fit cette prière: Si vous me croyez fidèle au Seigneur, entrez dans ma maison, et y demeurez. Et elle nous y força.

16. Or, il arriva que comme nous allions au lieu de la prière, nous rencontrâmes une servante qui, ayant un esprit de python, apportait un grand gain à ses maîtres, en devinant.

17. Elle se mit à nous suivre, Paul et nous, en